strauerāt:ió post tres dies put auerunt supfluū eē q̄rere illuz.ꝛ b̄ forte qz helias qñ solebat aīs rapi:nó rapieba tur ad lóga terraꝝ spacia:ꝛ sic nūc ꝯsimile erat si rape reť ad b̄ q̄ eēt reditur⁹. Vel pt dici q̄ p⁹ tres dies icidit istis estimatio:q̄ helias oio rapt⁹ erat ab hoib⁹ sic dice bat helise⁹ lz ipsi pri⁹ nó credebāt:ió ostiterūt. vel forte affecti tedio i istis trib⁹ dieb⁹ inquirēdo heliā cessaue- runt euz ingrere:(at ille habitabat in hierico)scz heli- seus habitauit i hierico post raptuz helie cuz istis filiis ꝓphetaꝝ. ¶Sciēduz át q̄ tpe helie ꝛ helisei erāt colle gia ꝓphetaꝝ in aliqb⁹ locis israel ꝛ spāliter apparet de trib⁹ scz de hierico ꝛ Bethel ꝛ de galgala:vt p3.ē.i lr̄a ꝛ ibi declaratuz est. ¶Helise⁹ vero post raptuz helie fuit ꝑnceps ꝓphetaꝝ ꝛ habitabat in istis locis discurrēdo p collegia ista ꝓphetaꝝ sicut helias:ꝛ frequēter mutabat locuz ad visitāduz istos filios ꝓphetaꝝ. vnde imediate post raptuz helie habitauit in hierico:sicut hic dr̄:ꝛ fe- cit ibi miraculū de sanatióe aquaꝝ:vt p3 in lr̄a. deinde fuit ad habitādū in Bethel ꝛ de Bethel iuit in carme lum:ꝛ de carmelo iuit in samariā:infra in lr̄a:postea āt habitauit in galgala cū filiis ꝓphetaꝝ.j.iij.ꝛ sic fuit to ta vita sua discurrēdo p diuersa loca visitādo viros re- ligiosos quoꝝ pr̄ ꝛ ꝑnceps ipse erat. (dixitq̄ eis nunqd nó dixi vobis nollite mittere.)hoc dixit ad filios ꝓphe taꝝ.q.d.ego sciebā firmiť q̄ rapt⁹ fuit helias nūq̄ redi tur⁹ ad nos:ió ꝓfideter dicebā vobis q̄ nó mitteretis:sz ꝑportunitate vestra coact⁹ suz dicē vobis q̄ mitteretis.

¶ Dixerūt quoq; viri ciuitatis ad heli- seū. Ecce habitatio ciuitatis huius optia ē sicut tu ipse dñe ꝓspicis. Sz aq̄ pessime sunt:ꝛ terra sterilis. At ille ait. Afferte mi hi vas nouū ꝛ mittite i illō sal. Qō cū attu lissent:egressus ad ✠ fontē aquaꝝ misit in ✠ illū sal:ꝛ ait. Hec dicit dñs. Sanaui aq̄s has:ꝛ nō erit vltra ī eis mors neq; sterili tas. Sanate sunt ergo aq̄ vsq; i diē hāc: iuxta verbū heliseī q̄ locutus est.

(¶Dixerūt q̄q;.)b̄ ponit tertiū bui⁹ ꝓtis.ſ.aquaꝝ sa- natio q̄ male erāt i vrbe hierico ꝛ dr̄:(dixerūt q̄q; viri ciuitaſ ad heliseū.)isti nó erāt d filiis ꝓphaꝝ sz d hita torib⁹ vrbis:q̄ videtes heliseū succesisse helie i opatóe miraculoꝝ crediderūt q̄ ipe posz sanare aq̄s ciuitaſ il li⁹ q̄ male erāt:ió dixerūt ei ea q̄ sequūť ꝓfidētes q̄ pos set dare remediū(ecce hitatio ciuitaſ bui⁹ optia ē).ſ.ē i bono situ ꝛ i ĥra fertili(sic tu ipe dñe ꝓspicis).ſ.nó opz b̄ ꝓbaꝝ:qz oēs videt ꝛ tu vides:(sz aq̄ pessime sūt ꝛ ĥra sterilis).ſ.solū hz vnū defectū q̄ aq̄ sūt male ꝛ terra p b̄ sterilis ē.istd dixerūt viri hierico ad iducēdū q̄ helise⁹ deret ozaī dñz:vt sanareť aq̄.nā si eēt hitatio illius loci mala ꝛ eēt aq̄ mala ñ oportebat ozari vt sanareť aq̄:qz illa sanata adhuc sp maneret mala hitatio loci:ꝛ ꝯsequēter iutile eēt q̄ sanareť aq̄:qz tñ ciuitas erat bōe hitatióis ꝛ sola aq̄ erat mala:erat rōnabile ozari vt sanareť aq̄:ꝛ sic ciuitas fieret optime habitatióis i nullo deficiens.

¶Qūo poterat stare q̄ ciuitas hierico eēt bōe habita tionis ꝛ tamē esset terra sterilis cum maximum bonuz ciuitatis sit fertilitas. Qō.xxxij.

Queretur qūo poterat stare qd̄ isti dicebāt ſ.q̄ eēt ciuitas bōe hitatióis ꝛ q̄ eēt terra sterilis.nā maximū bonū ciuitaſ ē eē i ĥra fer- tili pp necitates ciboꝝ:q̄ sť maxie ꝛ ꝓmunissime necita tes boiuz. ¶Rñdēt qdā q̄ ista ciuitas bēbat duo mala ſ.q̄ aq̄ fontis hiericontini erat amara:ꝛ q̄ ipa ĥra tota i circuitu ciuitaſ erat sterilis:sz dicebať hitatio ciuitatis optia pp filios ꝓphaꝝ q ibi hitabāt:ꝛ qz erat ciuitas il la disposita ad ꝓplatóez. ¶Sz dōz q̄ b̄ nó stat:qz ma nere filios ꝓphaꝝ i vrbe nō faciebat vrbē eē bōe hita- tióis:sz poti⁹ vr̄ ecōtrario.ſ.q̄ ió filij ꝓphaꝝ manebāt i loco illo:qz erat fertilis ꝛ bōe hitatióis. ¶Dōm igiť q̄ hierico erat bōe hitatióis duplr̄.ſ.q̄ztū ad ipsaz vrbē q̄ ꝓsistit i ambitu muroꝝ:ꝛ q̄ztū ad territoriū ei⁹ qd̄ erat dispositū ad habēdū faciľr ꝛ opulēter ola q̄ sunt necessa ria ad vitā humanā. De prio pt dici q̄ erat ciuitas opti me hitatióis.ſ.qz erat i loco valde salubri:vbi erat aer tēperat⁹ ꝓferēs ad ꝓseruationē vite hūane ꝛ istō ē vnū de maxímis qd̄ attēdi dz in fundatióe vrbiū:nā cura sa- lutis dz eē prīa in ol ꝓsideratióe. Etiā poterat eē bone habitatióis si locus erat fortis ꝛ bñ munitus ad resistē duz hostib⁹ in loco difficulter expugnabili ꝛ ēt istud ni mis ꝓfert ad hitudinē ciuitatis:potissime ꝑ illis q̄ sunt in ꝓsinib⁹ regnoꝝ. ¶De scō dōm q̄ hierico erat bo ne habitatióis quātū ad fertilitatē toti⁹ territorij:qz ter ritoriū suū est abundātissimū in fructibus. Et nō ē vez qd̄ aliq dicūt. ſ.q̄ tota terra ¶Hierico eēt sterilis.pz b̄ qz ecōtrario iter oēs regiōes terre chanaam nulla fertilioz est q̄z terra hierico.ſ.q̄dā vallis magna q̄ est apd̄ hieri- co ꝛ ioz danē:vñ Joseph⁹.v.antiqtatū dic̄ q̄ inter cete ras terra chanaā ē fertilioz:ꝛ in ꝓparatióe terre hierico reliq̄ terra chanaā nulli⁹ valoris est. Jdē pz ꝑ solinū in polistoz.c⁹ de iudea:vbi posuit q̄litatē terre illi⁹ ꝛ inter oēs regiōes nullā magz laudat q̄z terrā hierico ꝛ Enga di q̄ ꝓiuncta est ei:vbi nascit balsamū ꝛ vinee sunt ꝑcio sissime. ¶Jtē pz:qz si terra illa oio esset sterilis nó fuis- set fundat⁹ loc⁹ ille a ꝑncipio:ꝛ tpe quo introierūt israe lite in terrā chanaā erat hierico ciuitas famosa ꝛ regā lis. ¶Jtē pz maxie qz quāq; posite eēnt maledictōes a Josue sup edificatorē hierico:tñ Abyel de Bethel edi ficauit eā nō obstātib⁹ maledictióib⁹:ꝛ passus ē q̄ filij sui morerēť quāq; videret eos mori:vt posset edificare ciuitatē ꝛ eēt dñs ei⁹:si tñ ipa fuisset sterilis nō se expo- suisset tātis malis vt edificaret eā:de b̄ pz ꝑcedēti.lib. c.xvj. ¶Dōm q̄ terra valde fertilis erat.ꝛ b̄ pz ma- xime qz viri hierico petierūt ab heliseo q̄ redderet ci uitatē illā bōe habitatióis oio:ipse tñ solū sanauit aq̄s: vt pz b̄:q̄ solū erat malū in aq̄s ꝛ nō in toto territorio: nā si tota terra fuisset sterilis adhuc nō sanabať sanādo aq̄s:sz maneret semp male habitatióis. Cū át dr̄ q̄ ter ra erat sterilis itelligēdū est nō d toto territorio:sz solū de terra illa ꝑ quā trāsibat aq̄ fontis:qz illa erat amara vel salsuginosa ꝛ reddebat terrā sterilē. ꝛ cū fuit aq̄ sa- nata fuit ēt terra ꝑ quā transibat fons:fcā fertilis. vnde Bernardus in libro speculi virginū in prio libro dicit q̄ in vrbe hierico erat sterilitas magna pp aquā fontis: cū ꝛo helise⁹ sanauit aquā fuerunt ꝓfinia aque illi⁹ val de fertilia in tñ q̄ generabank ibi rose late ad magnitu dinē scutelle.ꝛ d his dictis ecclesia.xxiij.sic plātatio ro se in hierico.ſ.qz ibi erāt rose maiores quā in alijs ptib⁹ orbis:(at ille ait afferte mihi vas nouū.) iussit heliseus ferri vas nouū in q̄ nō fuisset fcā ali q̄ mīistratio ciboꝝ nec ꝓtraxisset aliquē saporē ex reb⁹ ibi positis:ꝛ hoc qz volebat mittere vas cū sale in aquā:ꝛ vt nō crederet q̄ sapor inherens vasi ꝓferebat aliqualr̄ ad dulcoratiōnē aque fontis:misit sal in vas nouū in quo null⁹ sapor ali cuius rei extrinsece erat:ne ꝑ hoc minueret in ꝓspectu boium auctoritas miraculi:(ꝛ mittte in illud sal.)quā- q̄z iussit heliseus q̄ alij mitterēt sal i vas nō miserūt:sz ipse posuit:vt pz in lr̄a. Vel pōt dici q̄ alij posuerūt sal in vase:ꝛ tñ ¶Heliseus misit vas cū sale in fontē ꝛ ista est veritas. ¶Queret q̄re heliseus noluit mittere sal in vas sz voluit q̄ alij mitterent:ꝛ q̄re noluit q̄ alij mit terent vas cū sale in fontē sed ipse misit. ¶Rñdendum q̄ ¶Heliseus voluit tollere occasionē suspicādi ꝓtra se: vt nō minueret auctoritas miraculi:ꝛ qz si ipse posuis- set sal in vase posset ꝑsummi:q̄ ponendo sal ibi vtebať aliquo artificio demonuz ad operationem hanc:noluit ipse ponere sed q̄ poneret quicūq; vellet:ꝛ sic per boc non posset ꝓesummi ꝓtra eum q̄ fecisset arte demonū sed opere dei. ex hac etiam ratione voluit q̄ poneretur sal in vase nouo in quo nullus erat sapor rei aliene:ne putareť q̄ ex sapore contracto in vase dulcorabantur aque. hoc autē multū obseruabāt ꝓphete ꝛ viri sancti in operatióe miraculoꝝ facientes tales cerimonias per quas nō esset suspicio cōtra eos:q̄ operarenť arte de-

monum

Scōa soło.

Tertia solu tio.

†

Jn.q.iiij.ꝛ xiij.

†

†

†

Aīs ✠ sōtes Aīs ✠ illud ſ.vas.ō cō se. di.3.ca. aquam.

†

Qō.32. A

Opinio.

Cōfutatio.

Determia tio auctoꝛis.

Quid ꝓmo dz attēdi in fundatione vrbiū:vz sa lubritas aeris:ꝛ fortitudo loci.

Jnter cete ras terras orbis terra chanaā est fertilioꝛ: et ea est ferti lioꝛ hierico.

Prīa rō.

Scōa rō.

Tertia rō.

Qō.33. A

Quare vo luit helise⁹ q̄ ipsi pone rēt sal i vas sed ipe vas cum sale in fontē misit.

monū. Sic.n.helias qſi voluit facē q descēderet ignis de celo sup sacrificiū:dedit ppbis baal ad elligendū bouē ꝛ etiā posuit aquā sup sacrificiū:p̄cedēti lib.c.xviij. ꝛ ibi declarate sunt cause. ¶Cū vero querēt quare ipe misit sal in fontē ꝛ nō permisit alteri mittere. Dōm q̄ nō fuit qz in ipsa missione salis in fontē sanande erant aq̄. si tamē alius mitteret sal putarēt q̄ per aliū fiebat miraculū ꝛ non p heliseū:vel forte putarēt q̄ naturaliter eueniebat dulcoratio fontis ex sale misso ꝛ vase: ꝛ non erat miraculū si per hoiem priuatū ꝛ nullius sanctitatis fieret. vel forte qz in opatione istius miraculi regrebatur fides:ꝛ si p aliū mitterēt sal forte nō hēret fidem certā de miraculo q̄ fieret:ꝛ sic nō fieret qz sine fide miraculū nullū fit. Vel pōt dici q̄ heliseus hoc fecit p se: qz hic erat operatio miraculi ꝛ deus volebat ei soli dare virtutē opatiōis miraculi:ꝛ si alius conarēt mittere sal nō sanarent aque. ꝛ hoc vī esse verū. nā sic semel misit heliseus puerū suū giezi cū baculo suo ad suscitādū paruulū mortuū ꝛ non suscitatus est quousq̄z iuit ipse heliseus ꝛ orauit bis.j.iij.c.ꝛ in hoc apparet differētia miraculoꝝ veteris testamēti ꝛ noui:vt ibidē declarabitur. Vel pōt dici q̄ fecit hoc heliseus vt tolleret ceteris occasionē inanis glorie. ná si aliqs de relīqs misisset sal in fontē ꝛ sanate fuissent aque credidisset ille q̄ meritis suis fieret istud ꝛ supbiret:iō ipse p se fecit(qui cū attulisset).s. vas cū sale(egressus ad fontē aquaꝝ:) caput fontis erat extra ciuitatē ꝛ iuit illuc heliseus ad sanādū caput fontis:vt sanatis aquis in sua origine quocūq̄z ꝺriuarent per alueos sane irent: (misit in eum sal).s.in fontē ꝛ nō in vas:nā alij miserant sal in vas(ꝛ ait:hec dicit dñs sanaui aquas has) istud dicebat heliseus ex pte dei:intelligendū est.n.q̄ deus iusserit ei mittere sal in fontē ꝛ q̄ per hoc sanarēt:ideo dixit sanaui aq̄s has. Sic etiā dicebat aliqñ in alijs opationibus miraculoꝝ que deus iubebat ei facere:nā quādo de viginti panib⁹ voluit dare cibū centū viris dixit minister eius:quantū est hoc vt apponā coꝝ cētum viris:ꝛ respōdit heliseus hec dicit dñs comedent ꝛ superit.j.iij.(ꝛ nō erit in eis vltra moꝛs nec sterilitas)s.nō erit moꝛs quātū ad potantes qz ille aque erant pestifere ꝛ venenose ꝛ occidebant aliquos potantes vel causabant egritudines. dicitur aūt de sterilitate.s.q̄ nō erit sterilitas in eis quantū ad terrā:qz iam nō faciebant terrā sterilē sicut prius ſꝫ fructiferā valde:vel pōt intelligi de pecoꝛibus quia alique aque sunt que pecoꝛa bibentia sterilia reddunt: sicut dicit ysidoꝛus in lib.ethimo.(sanate sūt ergo aque vsq̄z ad diem hanc).s. aque illius fontis Ihericontini qz nō erant ibi alie aque pestifere ꝛ dī vsq̄z ad diē hāc .s.vsq̄z ad diē qua scriptus est liber iste per hieremiam q.d.q̄ ex vnica ꝓfectione salis in fontē sanate sunt aq̄: ꝛ nō oportuit q̄ fierent aliqua alia circa fontē: ꝛ postea nunq̄z rediit aquarū sterilitas vsq̄z ad tēpus hieremie: imo nec vsq̄z ad hodiernū diem.naz dñs dixerat sanaui aquas has ꝛ nō erit in eis vltra moꝛs(iuxta verbū heliſei qō locutus est).s.quia heliseus dixit sanaui aquas ꝛ nō erit vltra in eis moꝛs ꝛ sic factū est:qz ēt tpe hieremie qui fuit multo tēpoꝛe post heliseum iste aque erant sane ꝛ etiam nunc sunt.

¶An iste aque a p̄incipio edificationis ciuitatis hierico fuerint amare. Nō.xxxiij.

Queretur de statu istarū aquarū antequā habitaret ibi nūc heliseus:ꝛ de statu eaꝝ postq̄z sanate sunt. ꝛ est dubiū. An a p̄incip. qñ ciuitas hierico p̄io condita est essent iste aque amare pestifere sicut postea:vel acquisiuerint ex aliquo accidenti. ¶Aliqs dicet q̄ iste aque a p̄incip. erant dulces ꝛ terra fertilis ꝛ ob hoc ciuitas cōdita est ꝛ sic duraverunt vsq̄z ad tēpus quo israelite introierūt in terrā chanaā ꝛ corruit vrbs hierico:ꝛ qñ iosue maledixit edificatoꝛibus hierico facte sunt aq̄ amare venīēte anathe. sup illas sicut sup vrbē.istud videbit alicui rōnabile:qz si iste aque fuissent a p̄incipio amare videt q̄ nullus voluisset condere ibi vrbē.etiā qz satis rōnabile est:q̄ cuz ciuitas hierico suppositā fuerit perpetuo anathemati q̄ etiā aque amare efficerent ꝓpter anathema. ¶Sed dicendū q̄ istud nō stat.nā si iste aque nō fuissent a p̄incip. amare nec terra sterilis ꝛ postea factū fuisset p maledictionē:nullus vellet reedificare vrbē hierico tanq̄z iam oīno mutilez ꝛ deteriorata a pristino statu. ꝛ tñ Abyel de bethel cū magno desiderio reedificauit vrbē istam: precedēti li.c.xvi.ergo a p̄incipio amare fuerant sicut nūc. ¶Itē aliud motiuū nō est conueniens.s.q̄ si aque ille fuissent a p̄incipio amare:q̄ nullus ibi edificasset vrbem:quia terra illa erat valde fertilis inter oēs regiones canaā:iō licet pateret aliqua incōmoda ꝓpter magnā fertilitatē oia ista tollerarent ab incolis:sicut videmus in multis alijs ciuitatibus. ¶Itez p̄z qz nunc tpe heliſei aque iste erant amare ꝛ tñ multi habitabant in hierico ꝛ dicebāt esse habitationē optimā ciuitatis:vt p̄z in lr̄a.semper ergo fuerat ille fons amarus ꝛ pestifer vsq̄z ad diē quo sanatus est p heliseū:ꝛ hoc ꝓueniebat ex loco originis:qz locus ille erat corruptus vel sulphureus vel transibat aqua p aliquas venas atramentoꝝ ꝛ sic ō multis alijs causis salsedinis ꝛ amaritudinis aquaꝝ. postea aūt nō fuit aliqua corruptio. ¶Aue reꝝ vlterius de statu istaꝝ aquarū postq̄z sanate sunt ab heliseo. ¶Rñdeduz q̄ misso sale in aquā sanate fuerāt aque ita vt nihil oīno amaritudinis vel salsedinis maneret in eis:nec sequerēt aliqs effect⁹ malus in potantibus illas nec in terra p quā transibant:ꝛ nō solū fuerunt sanate aque ita vt iam nō essent pestifere: sed etiaz assecute sunt quādā dulcedinē maioꝛē q̄z hēant alie aq̄ cōiter. Etiā sortite sunt quādā magnā fecunditatē quā alīs nō habiture erant si naturaliter sane essent.s.q̄ faciebant terrā quā irrigabant ꝓducere magnas segetes ꝛ herbas ꝛ arboꝛes. ꝛ specialiter erat hoc in rosis:nā ille erant maioꝛes apud illā a quā quā in alijs partibus oꝛbis: sicut dictum est supra:ꝛ de hoc dicit sicut plantatio roſe in hierico:vt supra dictū est. Est aūt istud gñale q̄ quādocūq̄z deus aliqd miraculose facit illud perfectius est q̄z id qō naturaliter causatur. Sic.n.cōmuniter dicūt doctoꝛes de illo vino qō christus fecit de aqua: q̄ fuerit saporosius quolibet alio vino seculi. ꝛ ob hoc miratus est valde architiclinus cuz bibisset vinū illud vnde tam bonū vinū haberi potuisset. Jo.ij°. Sic etiā quādo deus aliquē sanat restituit eū in maioꝛē sanitatē ꝛ perfectionē q̄z priusquā ꝛcidat in egreditudinē. vnde claudi ꝛ ceci ꝛ surdi ꝛ paralitici sanati ab eo sanioꝛa mēbra habuerūt post sanationē q̄z prius:ita ergo de ista aqua fieret:q̄ salubrioꝛ esset ꝛ dulcioꝛ nunc sanata p heliseū q̄z si naturaliter fuisset sana. ꝛ etiā maioꝛez fecunditatem causaret in terre nascētib⁹ q̄z alias causatura erat si naturaliter esset bona. ¶Quereꝝ vlterius quare heliseus misit sal in fontem ꝛ an naturaliter p illud causabat aliqua salubritas aque. ¶Respondendū q̄ nō potuit sal quasi illud hēret virtutē sanandi aquā morbidā vel adiuuandi aliqualiter ad sanitatē:sed potius ecōtrario sal facit aquā amarā ꝛ sterilē. habebat.n. ista aqua duo mala.s.q̄ erat amara ꝛ q̄ causabat sterilitatem in terra ad vtrūq̄z aūt istoꝝ proficiebat sal augendo illud sed nō sanādo.nā sal causat amaritudinē. vnde oīa nimis salsa sunt amara.causat etiā sterilitatē per quādaz exustionē:ideo quādo boues volunt facere aliquā terrā sterilē aspergunt sal per illā.sic.n.fecit Abimelech in ciuitatē sichen p quā sparsit sal vt in eternū nō habitaretur Jud.ix.terre quoq̄z que naturaliter vel a casu salsuginose sunt fructū nō ferunt.sic dicit p̄s.cvi. posuit flumina in desertum ꝛ exitus aquaꝝ in sitim: terram fructiferā in salsuginē a malicia inhabitantiū in ea.posuit tñ heliseus sal ad oñendā magnitudinē miraculi:nā si posuisset aliq̄ que nāliter facerēt ad causandā dulcedinez crederēt q̄ nāliter ꝓueniebat illa sanatio:iō posuit ea q̄ potius nāliter ipediebāt:vt apperet manifeste q̄ solū fiebat ex virtute dei. Sic.n.p̄z de helia qñ voluit orare vt veniret ignis sup sacrificiū suū:qz fecit fundi duodeciz idrias aque sup illlud vt sic redderet difficilius ad h̄ q̄

Prima s°.

Scōa s°.

Tertia s°.

†

B

Sanauit heliseus aquas Jhericontinas.

†

†

†

Nō. 34.

A

Prima opi.

Cōfutatio.

Priarō.

Scōarō.

Tertia rō. Alia opi.

Nō.35.

A

Quales fuerunt iste aque hieri co postquā sanate sunt ab heliseo qz dulciores.

B

Jn.q.xxxij

Regula generalis q̄ id qō miraculose fit:p fectius ē q̄z id qō naturaliter fit.

Vinum architiclini fuit saporosius quolz alio vino mundi.

Nō.36.

A

Heliseus.

Quare misit sal in fōtē vt sanaret aqua.

Et an sal nāliter p̄ficiat ad hoc

B

Sanatio aq̄rū istarus fuit pure miraculosa

cremaret: precedenti lib.c.xviij. ¶Qū autē queritur an nāliter facta fuerit ista sanatio. ¶Dicendus q̄ non sed pure miraculose: q̄r sal qō positū est in fonte magis erat ad ꝓrium vt supra ꝑz. ¶Jtē dato q̄ sal nāliter hēret vires ad dulcorandū aquā adhuc nō dulcoraret mittēdo illud in fontē: q̄r morbositas aque ꝓueniebat ex loco originis: locus aūt fontis nō erat locus originis ſz scaturiginis: iō semp aq̄ exiret morbida velut si poneret illō dulcoratiuum in aliqua parte aluei. non. n. poterat sal illud ꝓuenire ad locū originis vbi gñabant aque fōtis. ¶Jtē ꝑz q̄r de⁹ dixit hic: q̄ sanauerat aq̄s: vt ꝑz in lra. Si tñ nāliter sanate fuissent: nō diceret ipse q̄ sanauerat eas. ¶Jtē q̄r dr̄ hic t nō erit vltra in eis mors: si tamen naturaliter fuisset ista sanitas causata poterat adhuc esse mors in eis.

Scōa rō.

Tertia rō.

¶Quare eccl'ia q̄ñ bñdicit aquā mittit sal ī illā. Et an aliqd ꝓferat illō sal appositū aq̄ bñdicte. Qō.xxxvij.

Qō. 37.

A

Queretur vlterius q̄re eccl'ia ponit sal in aq̄ q̄ñ bñdicit illā: t an illud sal aliqd ꝓficiat ad benedictionē. ℞ñdendū q̄ sal positus in aq̄ nō ꝓficit ad effectū bñdictiōis quē intēdit ecclesia nec pōt ꝓficere nāliter: nā aq̄ bñdicit adhoc q̄ loca illa in q̄bus aspsa fuerit liberent a peste t a demone t ab oībus aduersitatib⁹: vt ꝑz in oronibus q̄s eccl'ia dicere ꝓsueuit in bñdictionē aque. Cōstat tñ q̄ sal nō hz aliquā efficaciā nālē ad ista: nā nō pōt effugare pestem nec ꝓferre ad illā p hoc q̄ comiscet aque: t a fortiori ñ pōt effugare demones: q̄r demon ē suba spūalis sup quā nō hz aliquā causalitatē res corporea t sic de oīb⁹ aliis effectibus aque bñdicte: q̄r ad nullū eor sal nāliter hz ptātē nec ꝓfert. Sz eccl'ia pōit sal in aq̄ quā benedicit ad imitationē helisei: q̄r sic heliseus posuit sal in aq̄ pestifera t sterili t facta est dulcis t fecundatiua terre: ita sal ponit in aqua nra bñdicta. t hz nō hēret aliquā efficaciā nālē sal ad causandū id qō intēdebat heliseus sz potius eōrio: vt declaratū est p̄cedēti. q. ita sal ponit in aq̄ vt deus faciat p aquā benedictā id qō nos petimus: dato q̄ nō sit aliq̄ virtus salis ad istud: motiuū istud ꝑz in bñdictiōib⁹ salis t aque: q̄r ibi dr̄ q̄ q̄ de⁹ iussit mitti sal in aquā p heliseū vt sanaret sterilitas aq̄: eccl'ia mittit sal vt deus sic p aquā benedictā causet effect⁹ q ibi exprimunt. ¶Sciendū tñ q̄ hz sit vltra nālē ptātez salis facē aq̄s dulces t fecūdatiuas sic petebat helise⁹: tñ magis est vltra nālē virtutē salis facē id qō nos petimus in bñdictione aq̄ t salis. qō ꝑz q̄r dulcorare aq̄s t facere eas fecūdatiuas ꝛ ꝓdōnē salis est: vt declaratū fuit: est tñ qdā effectus q pōt nāliter cāri ab aliq̄ alia re corpali. Jd tñ qō petimus in bñdictiōe aque ē supra cōdōnē oīs corpis: q̄r nullū corpus pōt sanare aīam: t tñ in bñdictionē illa dr̄ q̄ aq̄ ista fit sumētib⁹ eā salus mētis t corpis. et nullū corpus hz virtutē ad resistendum demoni directe excludēdo eū de loco vt pote q̄ nō sit ī domo vel in vrbe: t tñ in bñdictione aq̄ petimus q̄ ipa fuget demones de locis in q̄bus fuerit aspsa vt ibi non appeant nec noceant: t sic de aliis effectibus spiritualibus eius.

Notabile.

Qō. 38.

A

An aq̄ benedicta habeat illos effectus q exprimunt in benedictione ei⁹.

¶Quere⁹ vlterius an aqua benedicta habeat illos effectus qui exprimunt in benedictiōibus suis. ℞ñdendum q̄ quātūcūq̄z sit aqua benedicta p cōmixtionem salis vel p verba quātūcūq̄z sanctissima nō ꝓtrahit aliquā virtutē absolutā que maneat in ipsa: ꝑm quā possit efficere illa que dicunt in benedictionibus. ℞atio huius est: q̄r nō solū corpus non pōt naturaliter facere ea que dicunt in benedictione aque sed etiaz nō pōt esse subiectū talis virtutis: dato q̄ deus vellet illā virtutē cōmunicare corpori. ℞ā sicut includit cōtradictionē q̄ anime rōnali cōmunicet quātitas t extensio: nec deus potest eā facere quātā t extentā: q̄r quātitas est accidēs corpale t aīa est spūs: ita includit ꝛdcōnem act⁹ pure spūales cōicari corpori. Sanare aūt mētē t effugare demones directe: virt⁹ qdā pure spūalis est cuz aīa sit spūs t demon sit spūs: iō nō pōt cōicari aq̄ vl alteri corpi qō hz in se aliquā qualitatē ꝑm quam liberet aīam a peccato t effuget demones. ¶Sz arguet aliq̄s

Obiectio.

B

℞ñsio.

Ignis iser

q̄r ignis est res corpea t tñ aīe t demōes puniunt ibi.

¶Dōm q̄ ignis ñ hz aliquā virtutē nālē p quā possit ledere aīas: nec ēt miraculose accipit illā a deo ita q̄ absolute hēat illā in se: sed deus est q̄ punit aīam in iferno t facit eas sentire q̄ ab igne puniant. sicut in sōnijs quā quā aliq̄s nullū malū patiatur real'r: q̄r tñ credit se pati affligit durissime i qbusdā sōnijs horrēdis. vel deus repsentat illū ignē aīabus tanq̄z aliqd valde triste t ponit eis desideriū intēsissimū volēdi fugere de illo: t rursus oñdit eis ipose esse fugē t ex hoc anxiat nimis. Sic ꝑz si nos appēhendamus aliqd tanq̄z malū t detestabile hz illud nō sit absolute malū t detestabile: si nō possumus fugē de ꝓspectu eius affligimur nimis: t ꝑm hoc cātur dr̄ia penax in igne infernali vel purgatorio. nam si ignis ille hēret nālē virtutē puniendi aīas vel supnāliter ꝓsecutus fuisset aliquā virtutē afflictiuā cū ille vnus sit equal'r puniret oēs aīas: t tñ punit eas inequal'r ꝑm dr̄iam demeritorū. iō dōm q̄ deus est: q̄ punit aīas per ignē repsentādo illū in rōne cuiusdā mali valde detestabilis. t cū vult aliquā valde punire repūtat ei ignez sub rōne mali horrēdissimi. Si aūt vult aliā minus pūire repsentat ei ignē sub rōne mali minus horrēdi: t sic deus tot dr̄ias repsentatiōis facit in igne infernali vl purgatorio: quot dr̄ie graduū demeritox sunt aīax humanax t ipsox demonū. ¶Jdē ꝑz in dr̄ia somniorū q̄r in nullo somnio est aliq̄ res afflictiua de illis quas putamus adesse: t tñ quedā somnia magis affligūt q̄z alia. Sic igit dōm q̄ aqua benedicta in se nō pōt hēre aliquā virtutē a deo ei collatā per quā ipsa sanet mentē t effuget demones: q̄r tunc licet cōferri ei illā virtutē eēt supnaturale t miraculosum: tamē q̄ aqua postea p illā virtutē sanaret aīam t fugaret demones nō esset miraculū sz ꝓditio nālis. sicut q̄ deus aīam corpori mortuo reuniat miraculū est q̄ tamē aīa reunita corpori opet ibi nāle est: etiā nō pōt stare q̄ deus fuget demones vel sanet aīam nr̄am mediāte ipsa aqua benedicta tanquā instr̄o. nam illud qō est ꝓprie instr̄m recipit virtutē principalis agentis que deriuat p illud in mām exteriorez: t tñ nō pōt virtus remissiua pcti deriuari a deo p aquā benedictā in aīaz nostrā: q̄r tunc sequerent multa incōuenientia. ꝑimū est q̄ virtus remissiua pcti real'r eēt aliqñ in aqua benedicta: sicut virt⁹ scriptiua que est in manu scriptoris deriuat actū suū p calamum ita q̄ ille actus real'r est in calamo. virtus tñ remittēdi peccata ꝛpossibile est q̄ sit real'r in aq̄ benedicta: q̄r iste est aliqd spūale t nō pōt accidens pene spūale esse in corpe. Imo quod maius est: virtus remissiua peccati nihil est nisi ipse deus: ideo nō pōt in aqua esse. ¶Jtē in sacramentis que sunt maioris efficacie: q̄r sunt instituta a xp̄o nō est real'r ipsa virtus sacramenti in mā sacramēti nūc deriuat per illā: ergo a fortiori nō erit in aqua benedicta.

nalis nō ledit aīas sz deus.

Unde cauſat dr̄ia penarū ī igne purgatorij t inferni.

C

Nō ꝑt virtus remissiua pcti deriuari a deop aquā bñdictā in aīam nr̄am q̄r sequerent multa incōuenientia. ꝑimum. Icōueniēs.

¶Scōm inconueniens est: quia si virt⁹ ista esset in aqua benedicta real'r ita q̄ deriuaret a deo per aquā benedictā: nō posset illa sanare aīam nisi tangeret aīam: quia virtus rei naturalis nō operat nisi p ptactū. ¶Tertiuz inconueniens est q̄r sanare aīam a peccato est nō imputare ei illud ad penā: sed istud nō imputare nō est aliqd deriuabile p alterū cum ptineat ad quādā priuationez aliquo mō. t etiā quātuz ad hoc ignis inferni t purgatorij nō est instrumētuz puniendi animas ita q̄ virtus punitiua deriuet a deo per ignē: q̄r vt declaratū est nullam virtutē talē consequit ignis supnaturaliter: sed est large instrumentū in quātū deus repsentat illum animabus tanquā aliquid valde horrēdū de quo tristent. ¶Dunc autē dicendum q̄ adhuc nec largissime est aq̄ benedicta instrumentū dei ad opandū remissionez peccatorū: qō est sanare aīam: q̄r remittere peccata nihil est nisi nō imputare ea ad penā. sed circa hoc impossibile est aquā benedictaz habere aliquā actionē directam vel indirectam. t sic dicetur q̄ magis ꝓprie ignis inferni t purgatorij est instr̄m ad puniendū aīas q̄s aqua benedicta ad remittēdū pcta. ¶Si tñ ꝓsiderem⁹ aquā bñdictā quātūad effugationē demonū: dōm qō aliquo

Scōm.

Tertium.

B

Aq̄ bñdcā aliquo mō est instr̄m

mō

dei ad fugandū demones.

mō poterat esse instrm dei ad fugandū demones: vt pote q̄ sic deus repsitat aiabus ꝛ demonib⁹ ignē iferni tā q̄z aliqd detestabile ꝛ p h̄ cruciank: ita repntaret demonibus aquā bn̄dictā tanq̄z aliqd detestabile ꝛ aflictū: ꝛ tūc fugerēt demones vbicūq; viderēt aquā bn̄dictaz.

Cōclusio.

Et tn̄ dom q̄ adhuc isto mō non est aq̄ bn̄dicta instrm fugādi demones.

Determi. Auctoris.

Qz tūc eq̄liter fugerēt demones domū in q̄ eēt aq̄ bn̄dicta siue boies aspergerēt se illa siue nō: sz h̄ falsuz est. Dom igit q̄ aq̄ bn̄dicta nō hz i se absolute virtutē faciēdi aliqd eoz q̄ ponunt in bn̄dictiōe eius: nec ēt efficit aliqd directe vel instr̄aliter sz solū p dest adhoc q̄ qn̄ nos aspergimus aquā bn̄dictā deuote in domibus nr̄is vel sup nos: de⁹ effugat demones ꝛ sanat aiam ꝛ facit alia q̄ dicunt in bn̄dictiōe aq̄: ꝛ hoc solū pp deuotionē ꝛ oīones ecclesie bn̄dicētis aquā ꝛ pp deuotionē aspergentium ꝛ suscipientiū.

¶An per aquā benedictā possint tolli pctā venialia ꝛ i quo ꝓsistat veniale ꝛ per quid tollit. Qō.xxxix.

Qō 39. A

Queretur vlterius an p aquā bn̄dictā tollant pctā venialia. s. qn̄ eā aspgimus sup nos.

Per aspsionē aque bn̄dicte tollūtur pctā venialia non tn̄ sicut mōtalia p baptismū.

¶Rnd̄ē. q̄ plures modi assignt̄ cōiter a doctorib⁹ tollēdi pctā vēialia: vt pz. iiij. sniaz. di. xvij. ꝛ tangit plres. Jo. an. in gl. in ꝓhemio sexti. ꝛ vn⁹ eoz ē p aspsionē aque bn̄dicte vt pz in decretis de cō. di. iij. c. aquā. de hoc nō est dubiū qn remittat in h̄ pctn̄ vēiale.

Sed de mō remissiōis p aquā bn̄dictā est dubiū. Dom est aūt q̄ nō tollit pctn̄ veniale p aquā tanq̄z ipsa hēat virtutē ad faciēdū hoc: nec ēt est instrm dei ad remittendū peccatū sicut declaratū est p̄cedēti. q. Etiā dom est q̄ nō pōt remitti pctn̄ veniale p aspsionē aque sicut remittunt mortalia p baptismū. Maz lz aq̄ baptismi p se nō remittat peccatū: tn̄ necesse est ei q baptizat remitti pctā nisi ipse obicē ponat. Et tn̄ nō sic de aq̄ bn̄dicta: gdato q̄ aliqs aspgat se aq̄ bn̄dicta: dato q̄ nōponat obicē: si nō hz deuotionē nō est dubiū q̄ nihil ei ꝓficiat aq̄ bn̄dicta. ꝛ tn̄ baptismus suscept⁹ ab aliquo adulto etiā si nō suscipiat cū deuotiōe sed tepide: dum tn̄ nō ponat obicē: manifestū est q̄ ꝓfert gr̄az.

Ria rō.

Scōa rō.

¶Jtē pz hoc qz sacra sunt instituta a xp̄o: ió ex seipsis hn̄t p institōnem xpi q̄ suscipiētes ea accipiant gr̄am si nō ponūt obicē: ꝛ tn̄ aq̄ bn̄dicta nō est sacrū institutū a xp̄o sed q̄dā cerimonia introducta ab eccl̄ia: ió nō poterit hēre virtutē ex se ipsa sz solū ex deuotiōe ecclesie ꝛ accipiētiū. Aliqs dicet q̄ poterit hēre aq̄ bn̄dicta istā virtutē p ꝓstōnē ecclesie: nā pōt ecclesia remittē pctā p modū ꝓstōnis: vt si dicat papa q̄cūq; dederit denariū p fabricatiōe alicuius ecclesie hēat cētū dies indulgentie: ita poterit dicē: q̄cūq; dederit denariū hēat remissionē peccatoz venialium.

B

Opinio aliquorū.

Impugna. Indulgentie seu claues eccl̄ie vel ptās n̄ se extendit ad culparū remissionē.

¶Sed dom q̄ istō nō stat: qz ptās eccl̄ie ad remittēdū pctā p modū indulgētie nō est ad culpaz remissionē sz penaz: nā remissio culpe solū pēdet a deo remittente ꝛ ab boie p attritionez se disponēte. Si aūt aliqd prosunt claues eccl̄ie sacr̄ales ad remissionē culpe: h̄ nō est directe sz p accidens: inquātū virtute clauiū ille q nō est sufficiēter dispositꝰ ad remissionē culpe p attritionem formatā disponit vt formet attritio. sic tenent doctores in iiij. sniaz di. xix. ꝛ est positio q̄si cōis. In pctō tn̄ vēialis remissiōe nō solū est remissio pene sed ēt culpe: ió p cōstitutionē eccl̄ie nō pōt remitti pctn̄ veniale.

Scōa rō.

¶Jtez q̄ claues eccl̄ie aliq̄ mō indirecte ꝓferant ad remissionez culpe: istud solū est in sacro pnie: qz ꝓnitens nō dispositꝰ pfecte p attritionē formatā disponit interdū vel adiuuat ad disponēdū se merito clauiū qbus se subicit. Cōcessio tn̄ indulgētiaz p modū ꝓstōnis vel statuti est ex forō pnalē: ió virtus clauiū ibi non pdest directe nec p accidēs ad remissionē culpe: ió sic nō pōt ꝓferri aq̄ bn̄dicte q̄ sit ad remissionē pctōrū venialiū.

Tertia rō.

¶Jtē nō pōt p ꝓstōnē eccl̄ie fieri q̄ aqua bn̄dicta sit ad remissionem peccatorū venialiū quantum ad penā: ita q̄ dicat qui cūq; se aspserit aqua bn̄dicta hēat remissionē penaruz oīum pctōz venialiū: qz in indulgētijs sp dz notari aliqd certū vt pote vnus ānus ꝛ sic de ceteris: ꝛ tn̄ dicēdo hēat remissionē penaz oīum pctōz venialiū nō denota

C

tur aliqd certū. Si aūt ecclesia diceret q se aspserit aq̄ bn̄dicta hēat ānū indulgentie de penis debitis p pctis venialibus: ēt hoc nō pōt fieri: qz ecclesia pōt dare ān. indulgētie: ꝛ tn̄ q̄ ille ꝓfit ad remissionē penarū debitarū pro istis pctis vel p aliys nō est in ptāte ecclesie sz dei.

Obiectio.

¶Si aūt aliqs obiciat q̄ eccl̄ia pōt dare indulgentiā sub ista forma: qcūq; se aspserit aqua bn̄dicta sit liber ab oībus penis debitis p peccatis venialibus: ꝛ q̄ nō obstet hic incertitudo eius q̄ remittit: qz sic ēt est incertū qn̄ dat alicui idulgētia plenaria. Dom q̄ nō stat: qz indulgētia plenaria dari pōt eo q̄ ibi tollunt oēs pene debite p venialibus ꝛ mortalibus: q̄ tn̄ remitterentur pene debite p venialib⁹ pp aliquē actū nō remittendo penas debitas pro pctis mortalibus vel p aliq̄ illorū nō est in ptāte ecclesie.

Rn̄sio.

Notatu pulchrū.

¶Jtē sciendū q̄ eccl̄ia nō potest p ꝓstōnē suā facere q̄ aliqs actus sit f̄m se meritorius: q alias nō erat meritoriꝰ ita q̄ ille actus ꝓfineat in se aliqd boni: qz hoc solū pōt facere deus. ꝛ ista est cā q̄re tota ecclesia nō pōt facere aliq̄ sacra vltra illa que xp̄s fecit. s. qz non pōt cōicare alicui actui virtutē. xp̄s aūt cōicauit virtutē sacramentis faciens q̄ ipsa f̄m se hērent virtutē ꝛ suscipiēs illa susciperet virtutē nisi ponat obicē. qn̄ aūt ecclesia statuit q̄ quicūq; dederit denariū ad aliq̄d opus piū hēat vnū annū indulgētie: nō ꝓfert aliquā virtutē isti actui q est dare dēariū: sed solū remittit penas eccl̄ia ex ptāte sibi collata a deo: ꝛ vult q̄ illi qbus fit remissio aliqd faciant quasi in recōpensationē. ꝛ ista est cā q̄re p istas idulgētias non pōt cōferri gr̄a: sed soluz remissio pene. s. qz eccl̄ia non pōt cōicare virtutē istis actibus sicut xp̄s cōicauit virtutē sacramētis.

Notatu pulchrū.

Ecclesia q̄re non pōt facere alia sacra vltra illa q̄ xp̄s fecit.

B

Determi. Auctoris.

C

¶Dom igit q̄ p aspersionē aque bn̄dicte ꝛ p alios septē vel octo modos cōiter assignatos a doctoribus fit remissio pctōrum venialiū: non qdē pp aliquā ꝓdonez spālem istorū actuū: sed pp magnā deuotionē ꝛ ardorē q est in eis. Pro quo sciendū q̄ pctā nascunt ꝛ remittūtur ex causis oppositis: sicut est in oībus entibus nāl̄ibus ꝛ moralibus. pctm̄. n. mortale repugnat charitati: ideo gignit q̄n̄ aufert charitas: ꝛ tollit q̄n̄ redit charitas. peccatū aūt veniale nō repugt charitati sed feruori charitatis: ió ad hoc q̄ pctn̄ veniale nascat nō opz tolli charitatē: sz necesse est tolli feruorē charitat. s. qz peccādo venialr aliqualr declinamus a magno amore dei pp desideria seculi ꝛ carnis: ꝛ ad hoc q̄ pctn̄ vēiale tollat necesse est nasci feruorē charitatis. sicut ꝑ q̄ncunq; charitas nascit vel infundit tollunt mortalia: ita quotiescūq; feruor magnus charitatis gignit necesse ē tolli venialia. Ex hoc sequit q̄ non solū sunt octo modi tollendi pctā venialia sed infiniti: nā quotiescūq; cōtingit nos hēre aliquē actū charitatis feruentē: necesse est tolli peccatū veniale: ꝛ tamē nō est aliqs actus qui nō possit fieri cū magno feruore charitatis: ió non est aliqs actus meritorius per quē nō possint tolli venialia. sic. n. est de aqua bn̄dicta: qz si aliqs accipit eā cū magna deuotiōe: merito deuotionis ꝛ humilitatis quia subicit se huic cerimōie ecclesie remittunt in eo pctā venialia vel in totū vel in partē scōm quātitatē deuotiōis. sic etiam de oībus alijs actibus.

Nō solum sunt octo modi tollēdi pctā venialia sz in finiti.

Obiectio.

E

Rn̄sio.

Quare assignent tn̄ octo modi tollēdi pecata venialia cuz sint multo plures.

Ria rō.

¶Et nō opz q̄ ecclesia dicat q̄ p aquā bn̄dictam tollunt peccata venialia: qz dato q̄ nullus sanctorū diceret nihilominus tollerent. ¶Si aūt aliqs obiciat: si per quēlibet actuz magni feruoris tollunt venialia: quare doctores assignāt octo modos potius q̄z mille vel infinitos. ¶Dicēdū q̄ assignatio ista facta est a doctoribus iuniorib⁹. ꝛ motiuū fuit ꝓpter dicta sanctorū antiquorū: qz illi in libris suis loquētes aliquādo de remissione peccati venialis ponebant exēplū in aliqbus actibus: sicut in sumptione eucharistie ꝛ in elemosina ꝛ aqua bn̄dicta. ꝛ doctores iuniores legentes libros antiquoz sanctoz quia nō reperierūt nisi illa octo exempla de remissione peccatorū venialiū: nō posuerunt nisi octo modos. antiqui tamē nō posuerūt illos modos tanq̄z illos solum fieret remissio. sed posuerunt illos tanq̄z exempla aliorz. satis est aūt poni pauca exēpla ꝓ regula ꝓtinēte multas res. Vel pōt dici q̄

Scōa so.

Tertia so.

Quarta.solutio.

†Heliseī derisio ⁊ deridentiū punitio.

†

†

†

†

†

†Canaā terra abundat in vrsis ⁊ leonibus.

†Notabile.

expressi fuerūt specialr isti modi:qz ad istos q̄si reducūtur alij modi bñ agendi:cū isti sint valde gñales. sicut q; p sumptionē euchie intelligamus sumptionē omniū sacramentorū:nā nullū est q; nō cōferat ad remissionez peti venialis cū in quolibet ꝓferaf gr̄a ⁊ gr̄a tollit mor talia vel venialia. ¶Per elemosinā itelligamus oia bona que ad ꝓximū facimus.nā ꝓpie oia bona q̄ ad ꝓximū facimus ex liberalitate:elemosine vocanf. ¶Per oro nē intelligamus oia bona spūalia q̄ ad deū facim⁹.s.q̄ cōsistunt in solo corde. ¶Per ieiuniū itelligamus oia corpora aflictiua corpis nr̄i. ¶Per aquā bñdictā itelligam⁹ oēs cerimonias ecclesiasticas q̄ nō sunt scr̄a. ⁊ per istuz modū facile est reduci oia gña bonaꝝ opationū ad istos octo modos. ¶Vel pōt dici q; notati sunt isti octo modi: qz iste octo opationes sunt cōiores p quas boies moneri possint. ¶Vel pōt dici q; noiaf isti octo modi qz in istis octo actibus apparet feruor caritatis potius q̄z in alijs actibus:⁊ tñ non solū p istos sed p quoscūq; alios actus factos cū charitate feruēte fit remissio peccatorū venialiū.⁊ sic fit remissio p aquā bñdictā:in quantū qs eam deuote assumit alias nihil p eaz remittitur.

¶Ascēdit aūt inde heliseus in Bethel. Cūq; ascēderet p viā pueri parui egressi sunt de ciuitate ⁊ illudebant ei dicentes. Ascēde calue:ascēde calue. Qui cū respexisset vidit eos:⁊ maledixit eis in noīe domini. Egressiq; sunt duo vrsi de saltu ⁊ lacerauerunt ex eis quadragintaduos pueros. Abijt autem inde in montem carmeli:⁊ inde reuersus est in samariā.

(¶Ascēdit aūt.)hic ponit q̄rtū huj⁹ ptis.s. heliseī iniusta derisio ⁊ dr̄ (ascēdit aūt in bethel).s.de hierico ascēdit in bethel q; bethel est in mōtibus:hierico aūt est in valle p quā trāsit iordanis.moratus est aūt heliseus aliquāto tpe in hierico mox vt rapt⁹ est helias:vt p̄z supr̄. deinde descendit in bethel ad visitandū collegiū ꝓphārū q; erat ibi.nā in hierico ⁊ bethel ⁊ galgala erāt tria collegia ꝓphaꝝ:vt supra declaratū est.(cūq; ascēderet p viā.)istud erat apud vrbez: qz vrbs erat posita in excelso ⁊ ascēdebat heliseus p collē(pueri pui egressi sūt de ciuitate.)isti egrediebanf ad iocandū mō puerili(⁊ illudebant ei dicētes ascēde calue.(istud dicebant pueri illudendo heliseo fm modū puerilē:cū soleāt illudē qbuscūq; trāseuntib⁹.erat.n.heliseus senex ⁊ caluus:⁊ q̄si in opprobriū dicebant ei:ascēde calue(q cuz respexisset vidit eos).s.heliseus erat vir valde maturus ⁊ nō mouebaf ad respiciēdū vanitates:⁊ tñ cū isti pueri importūa garrulitate exacerbassent eū dicētes:ascēde calue:respexit ad eos quasi vultu irato(⁊ maledixit eis in noīe dñi).i.inuocauit nomē dñi sup eos ad malū dicēs: dñs maledicat vob vel breui morte vos afficiat.(egressiq; sunt duo vrsi de saltu.)terra chanaā abundat in vrsis ⁊ leonibus ex eo q; terra illa est valde callidior q̄z terra nr̄a: ió multa gña ferar̄ sunt ibi q̄ nō sunt hic(laceraūerūt ex eis.xlij.pueros).s.occiderūt eos ⁊ tñ nō comederūt:qz nō poterāt comedē tot pueros. ¶Sciēdū aūt q; isti vrsi nō egressi sunt de silua q̄si a casu:ꝛ de⁹ impullit illos vt venirēt circa vrbē adhoc q; lacerarent illos pueros q; maledixerant heliseo. Sic.n.de⁹ misit leonē apud istā vrbē bethel vt egrederef ad viā ⁊ occideret virū dei:q; ꝛ mādatū ei⁹ comederat panē in bethel: ꝓcēdēti li.c.xiij. ¶Sciendū vlterius q; isti vrsi laceraūerūt.xlij.pueros ⁊ nō comederūt eos:nō qdē ad attestationē sanctitatis:ꝛ solū vt possent lacerare oēs. xlij. nā si laceratos,prio comederēt:dū incipent vorare carnes eoꝝ recederēt oēs alij pueri:ió ipetu facto diciebāt eos ad terrā ⁊ lacerabāt.⁊ nō laceraūerūt oēs sed solū xlij.ex eis:vt p̄z hic qz forte alij nō illudebant heliseo: ⁊ deus nō incitauit vrsos in eos ꝛ in alios. Nō fuit aūt hic sc̄m circa istos pueros mortuos qō factū est circa virū dei quē occidit leo:ꝓcēdēti lib.c.xiij.qz mansit apud cadauer eius custodiens ne laceraret a bestijs nec etiā ipse lacerauit illud.istō nō fuit in signū sanctitatis illi⁹ viri:isti aūt pueri erant mali ⁊ filij ydolatrarū:ió deus non ostēdit circa eos miraculum.

¶An peccauerit heliseus maledicendo pueris illudē tibus sibi. ¶Qō.xl.

Queretur an peccauit helise⁹ maledicēdo istis pueris: aliqs dicet q; sic:qz nō dēmus odisse hostes nec malefacē aut maledicē eis: sed poti⁹ bñfacere illis:vt patet Math.v.⁊ ad ro.xij.⁊ istud potissime q̄uenit viris pfectis q̄lis erat helise⁹: ió peccaret maledicēdo illudētib⁹ sibi. ¶Jtē beat⁹ petr⁹ dixit:xp̄s reliqt exēplū vt seq̄mini vestigia ei⁹: q pctm̄ nō fecit nec inuētus est dolus in ore ei⁹: q cū maledicer̄ nō maledicebat:⁊ cū patereť nō cominabaf: prima petri.ij.c.ℊ heliseus tenebaf seq istā regulā. ¶Rñden dū q; heliseus nō peccauit maledicēdo pueris: qz non maledixit eis ad vindictā maledictiōis eoꝝ ꝛ zelo dei .s.qz deus inspirauit ei q; malediceret eis ⁊ morerenf. ¶Jtē p̄z qz si heliseus peccasset maledicendo istis pueris:deus nō misisset vrsos de saltu ad lacerādū pueros vt sic cōplerēt maledictionē heliseī:⁊ tñ misit eos illico ió nō peccauit maledicēdo:nā peccatores non exaudit deus. Joā.ix.ista rō est aliqliter pſuasiua ꝛ nō cōcludit oio:qz poterat eē q; heliseus peccaret maledicēdo pueris ⁊ q; veniret sup eos maledictio:nō qdē precib⁹ ei⁹ qz deus nō exaudiret eū si iniuste petēt:⁊ tñ pp demerita eoꝝ q; maledicebanf deus induceret sup eos maledictionē. Sic.n.p̄z de maledictiōe p̄ris ⁊ mr̄is: nā peccāt maledicēdo filijs ēt si mali sint:sed debēt eos alr̄s punire ⁊ si nō pūt debent cessare ⁊ tñ nūq̄z maledicē: maledicēdo tñ p̄res ⁊ mr̄es nocēt valde filijs:eccle.iij.s.bñdictio p̄ris firmat domos filioꝝ:maledictio aūt mr̄is erradicat fundamēta.qz tñ helise⁹ erat vir sctūs ⁊ ꝓphā dei ⁊ venit illico qō ipse petiuit:satis p̄z q; nō peccauerit. ¶Dōm est aūt q; ipse mot⁹ ē ad maledicēdū eis:qz de⁹ eū mouit vt punirenf isti pueri maledicētes ꝓphē.⁊ potissime erat ℔ in penā parētū suoꝝ qz dr̄ q; pres sui erāt ydolatre:nā in vrbe bethel prio dedicati fuerant vituli aurei quos fecit ieroboā ⁊ ibi vn⁹ eoꝝ posit⁹ ē ⁊ ali⁹ in dan:vt p̄z p̄cedē.li.c.xij.⁊.xiij. Etiā parētes eoꝝ instruxerāt eos vt maledicerēt ꝓphīs dei:ió dignū erat vt doleret in morte eoꝝ q̄s sic instruxerāt vt p actib⁹ suis mori mererenf. ¶Ad rōnē in ꝯriū dōm q; illa ꝓcedat q; nō dēat aliqs maledicē hosti suo in vindictā:⁊ sic vex ē q; helise⁹ nō maledixit pueris:ꝛ solū qz de⁹ incitauit eū ad maledicēdū vt pueri occiderenf. ¶Quereť vlterius an pueri peccauerūt illudēdo heliseo. Aliqs dicet q; nō:qz isti pueri nō erāt capaces rōnis cū dicat lr̄a q; erāt pueri pui.pctm̄ tñ nō cōmittit nisi ab hñte vsuz rōnis:ió nō peccauerūt. ¶Rñdē.q; pueri in pua etate peccare pūt.nec ē determinata etas in q̄ pueri incipiāt peccare:ꝛ qñcūq; pueri sunt capaces doli ēt si solū sint sex ānoꝝ vel.vij.⁊ infra peccare pūt.⁊ in qbusdā tanta ē nāe viuacitas q; malicia cito supplet etatē:⁊ ist in pua etate peccare pūt:⁊ potissime in cōibus pctis:vt in mēdacio furto ⁊ piurio ⁊ siḱib⁹ qb⁹ plēa ē puerilis etas:vt p̄z ex̄ de delict̄ puerorꝝ.c.pueris grāduisculis. Huc ꝛo de istis pueris illudētib⁹ heliseo satꝫ appet:q; erāt doli capaces.qz scire q; caluicij erat aliqd exprobabile ⁊ q; dicēdo Ascēde calue:erat q̄dā offensio:est q̄dā discretio ⁊ capacitas doli.isti tñ pueri intellexerūt ℔ ⁊ habuerūt volūtatē illudēdi heliseo:ió iā poterāt peccare:ꝛ act⁹ iste mal⁹ erāt ió faciēdo illū peccabāt. Et q̄ꝫq̄ isti pueri vocenf pui:nō est intelligēdū q; eēnt infra ānos discretiōis: ꝛ vocanf pui qz nōdum erant adolescētes. In tota.n. puericia vocanf parui.peccauerūt ℊ isti pueri qz maliciose hoc agebant ⁊ pp pctm̄ suū puniti sunt.etiā puniti fuerūt p peccato parentū:qz vt dicit Nicolaus ⁊ alij illi erant idolatre ⁊ erudierant filios suos ad illudēdū ꝓphis dñi. Et in hoc dr̄ completū esse qō dixit dñs ad beliam:precedēti lib.c.xix.s. quicūq; fugerit gladium

azael

Qō.40.

¶Primum argm̄.

Scōm argumē.

A

Nō peccauit helise⁹ maledicendo pueris.

¶Pria rō.

Scōa rō.

Ad primā

Qō.41.

An pueri peccauerit illudendo heliseo.

¶Pueri ēt ! pua etate peccaf pūt ēt infra. vi. annos.

B

¶Pueri illudētes heliseo peccauerunt.!

azael occidet eum ibeu:z qui fugeret gladium ibeu interficiet eum beliseus.parentes aūt istoꝝ pueroꝝ erāt idolatre z merebant mala pati effugerant tñ gladium azael z ibeu:iō nunc occidit eos beliseus.s.fecit q occiderent per duos vrsos. Magis tñ videt dōm q istud intelligat de aliys occisionibꝫ:qs fecerit beliseus in ido latris que nō scripte sunt.z hoc quia isti nondū effugerant gladiū azael nec gladiū ibeu:z tñ beliseus occisurus erat effugientes gladiū ibeu z azael:q aūt nō effugissent gladiū azael z ibeu pz:q2 azael pugnauit cōtra israel postq̄z factus est rex sirie:z tñ nondū factus erat: sed factus.j.viij.ibeu quoq3 deleuit idolatras postquā regnauit:sed nōdū inceperat regnare sed postea regnauit.j.ix. Moraliter exponit ista lra de xpo moriente in cruce.nam bethel dr esse crux xpi:q2 bethel interpretatur domus dei z fic est crux:q2 in ea morat9 est deus qñ soluit precū redemptiōis nre.beliseus aūt xps est qui ascēdit in bethel.i.in crucē z tūc puuli iudeoꝝ illuserunt ei.i.iudei q erant insipientes ad modū puuloꝝ illuserūt ei.vnde xps locut9 est de illis tanq̄z de puulis dicens:pater ignosce illis q2 nesciunt qd faciunt.illudebant autē xpo nō sicut puuli beliseo: q2 puuli dixerunt ascēde calue:iudei aūt dixerūt xpo descēde de cruce z credimus tibi si filius dei es:z iteruz mouebant capita blassemantes z dicētes:vba q destruis templū dei z in triduū illō reedificas. Math.xxvij.xps aūt maledixit eis:nō qdem maledictionē iprecādo q2 potius orabat p illis dicens:pr ignosce illis q2 nesciunt qd faciunt luca.xxiij.sed malū sup eos venturū eterna ꝓuidentia diuiniendo:nā cū mulieres bierusalē flerent sup euz cum duceret ad mortē dixit ad eas:filie bierusalē nolite flere sup me sed sup vos ipsas flete z sup filios vros: qñ ecce venient dies in qbus dicēt beate steriles z vētres qui nō genuerunt z vbera que nō lactauerūt:tunc incipient dicere montibus cadite sup nos z collibus coopite nos:Luc.xxiij.venerūt aūt duo vrsi de silua.s. titus z vespesianus iperatores romanoꝝ z deleuerūt iudeos. fuerunt aūt.xlij.pueri lacerati ad signādū q post.xlij. annos a morte xpi fuit bierusalē destructa p titū z vespesianum:vt colligit ex probatissimis hystoriis.(abijt autē in montez carmeli).s.postq̄z ascēdit in bethel iuit in montē carmeli.iste est mons in quo morabat helias vt cōiter:vt pz precedēti.c.z hoc postq̄z deus misit ignē de celo sup sacrificiū suū ibi:z q2 beliseus erat discipulus helie frequētabat locū illū post mortē helie potissime qñ volebat vacare cōtēplationi q2 ibi erat locus aptissimus ad hoc.z forte erat ibi aliq̄ collegiū ꝓphaꝝ sicut in hierico z bethel z galgala.vñ itez ēt erat ibi beliseꝰ qñ mulier sunamitis iuit ad eū vt suscitaret filiuz. suū.j.iij.(z inde reuersus est in samariā).s. postq̄z stetit in monte carmelo venit ad vrbē samarie q̄ erat metropolis regni:z forte fecit hoc vt iret in bellū ad qō iturus erat ioza rex israel vt ibi per eū ostenderet miraculū de datione aquarū z prenūciatiōe victorie:de qbus c.sequēti hētur z hoc fecit ipse q2 forte deus reuelauit ei q oportebat fieri ista miracula dū iretur ad bellū.

Incipit capitulum tertium.

Ozā vero filiꝰ achab regnauit super israel in samaria: anno ōcimooctauo iosaphat regis iude. Regnauitq3 duodecim annis. Et fecit malū coraz dño sed non sicut pr̄ suus z mr̄. Tulit.n.statuas baal quas fecerat pater eius. Verumtñ in peccatis ieroboaz filij nabath q peccare fecit israel: adhesit:nec recessit ab eis.

Oraz vero dicto in precedētibus de iozā in regez instōne:hic agit de regni eius ꝓsecutiōe enarrando ea que facta sunt in diebus eius ab eo vel ab alijs.z q2 tēpore regū erant ꝓphe q aliq̄ magnifica faciebant:enarrat simul scriptura gesta regū z cōtēporaneoꝝ sibi ꝓphaꝝ:z q2 beliseus fuit contēporaneus regis iorā ponunt gesta helisei z diuidit in duo:q2 prio ponunt regis iorā gesta.j.helisei miracula ibi.(z ait iosaphat.) pria in duas q2 prio ponit regis iorā conditio.j.regis moab rebellio ibi postro mesa. Quere circa primū an ea que hñtur hic hēant ordinē ꝓtinuatū ad precedētia:z an fuerint imediate facta vel iterlecto aliquā to tpe. Rñdēdū q hic est ordo continuus q2 hic agit de gestis regis ioran z supra agebat de raptu helie.raptus tñ helie fuit.añ istud bellū qō habuit ioran cuz rege moab.qō pz q2 qñ ioran iuit ad bellū quesitū est an esset aliqs ꝓpha a quo quereret sermo dñi.j.in lra.z rñ sum est q erat beliseus:si tñ esset tūc helias inter boues nō dictū fuisset de beliseo:eo q helias erat princeps prophetaꝝ dū ipse viueret. Itē q2 viuente helia nō habebat beliseus spūm ꝓphicū:sed postq̄z raptus est ab hoibus accepit spūm eius duplicē:p̄cedēti.c. Itē dr j.est hic beliseus qui fundebat aquas sup mānus helie. z sic vr̄ q iam nō fundebat sed alias:z tñ q̄zdiu mansit helias inter boues ministrabat ei beliseus:vt colligitur precedēti li.c.xix. Ad scdam dōm q istud factū fuit immediate.post precedētia:nā post mortem ochozie regis israel regnauit imediate iozā frater eius.s.i.c.z tñ in principio regni ioran factū est istud.q2 rex moab repugnauit regi israel subtrahens se a debito seruitutis eiꝰ imediate vt mortuꝰ ē achab.s.i.c.ochozias aūt regnauit post achab:z tñ ille nō potuit pugnare ꝯ regē moab eo q modico tpe regnauit.s.nō duobus annis integris:z ēt q2 in isto tpe fuit egrotans q2 cecidit p cancellos z iacuit in lecto vsq3 ad mortē s.i.c.iozā aūt in principio regni sui pauit se ad pugnādū ꝯ regē moab.raptus tñ helie fuit quasi in prin.regni iozā:nam helias predixit ochozie q nō surgeret de lecto postq̄z egrotauit ex casu p cācellos.s.i.c.post hoc autē raptus est helias p̄cedēti.c.ideo fuit raptus eius in prici.regni Ioran:z in tpe isto Iozā disposuit se ad eundū ad bellū ꝯ regē moab z fuit qō hētur hic.(Iozā vero filius achab regnauit sup israel.)iste ioran fuit filius achab z nō ꝓcessit pri suo imediate in regnū sz fratri suo ochozie:nā ochozias successit patri suo achab z regnauit duobꝰ annis incōpletis:z q2 nō būit filiū qui succederet:successit ei sr̄ suus iozā(.s.i.c.in samaria) ista erat metropolis regni in q̄ omnes reges israel manebant z ibi sepeliebant ex tpe q̄ amrri pater achab edificauit samariā:vt colligit precedēti lib.c.xvi.z ob hoc dicit ibi regnasse ioran tanq̄z in sede regni(āno octauodecimo iosaphat regis iude.) iste iosaphat regnabat eo tpe q̄ regnabat achab z postea filius eius ochozias in israel:z adhuc manebāt aliquot anni de regno eius:nā.xxv.annis regnauit super iudā:p̄cedēti li.c.vlti.z nūc erat annus.xvij.eius. In Iozā regnerit tpe iosaphat. Et de concordia tēporis regum.

Qō.I.

An hec fuerint in mediate facta post precedentia.

Ad scdam ptem.q.

† Samaria erat metropolis z sedes regum israel. †

Qō.ij.

Queretur quo potest stare q cepit regnare ioran sup israel anno.xvij. regni iosaphat sup iudā.nā iosaphat fuit pr̄ alterius iorā q regnit sup iudā z an.ij.regni illius iozā cepit regre iste ioran sup israel:sic pz.s.i.c.s.z regnauit ioran frater eius p eo an.ij.iozā filij iosaphat regis iude. Rñdendū ꝑm q̄stā:q ꝑm veritatē ioran filiꝰ achab nō regnauit sup isral viuēte iosaphat rege iude sz pꝰ mortē eiꝰ

Prima rñ. quoꝝdā.

Figura illustrās xpi in cruce a iudeis fcē.

Pulchra moralitas z hec sola est i toto libro. quia Auctor nō curat ō moralitatibus pp rōnē ab eo positam Josue. vi. q.lxxiij.

Inconueniens.

Determinatio.

Qō.II. a

In lechito quō multipl catuz est oleum.

Determinatio.

Qō.I2.

Quod fuit mai° miraculuz helie vel helisei.

a

Ex pte dei vnuz miraculum non est maius alio.

c

Determinatio.

† † †

B

Multiplicatio olei miraculosa.

ad deum aūt nulla resistētia est: cuz oēs res sint in respectu ad ipsum in potentia obeditiua. vnde nō est deo facilius creare vnā gutam aque q̄z totū seculū: r si vnuz eēt facilius alio deus nō esset potentie infinite. ¶Si āt consideret miraculuz ex pte rei q̄ fit: pōt dici vnū miraculū maius alio in quātū plures res vel maiores ꝓducunt p vnuz quā p aliud: vt pote suscitare simul decē mortuos maius miraculū dr̄ quā suscitare vnuz: r tñ tāta potentia requirit ad suscitāduz vnuz sicut ad suscitandū decē simul. Si āt cōparemus ista duo miracula prio mō non est vnum maius alio. Si āt scdo mō: aliquo mō poterat dici q̄ fuit istud maius miraculuz q̄z miraculū Helie: r aliquo mō e ꝯtrario. Nā hic nō solum fuit multiplicatū oleū semel. s. ad hoc q̄ lechitus repleret: sed erat ꝯtinua multiplicatio. s. ad hoc q̄ de lechito illo quo posset infundi in oia vasa r illa replerent. In miraculo autez Helie fuit multiplicatio subitanea. s. qz subito ydria repleta est farina: r lechitus repletus est oleo. erat autem econtrario miraculum illud maius q̄z istud: in quātum ibi fuerunt multe multiplicatiões discōtinue. nā nō solū ydria repleta fuit farina r lechitus oleo: sed etiā nunq̄z defecit farina de ydria quāq̄z continue Helias r vidua comederent de illa. Idem de oleo lechiti: sed ista duo manserunt plena vsq̄z ad diem quo dñs dedit pluuiam sup terram: ꝓcedenti. lib. c. xvij. ¶Dicendū igitur q̄ simpliciter maius fuit illud miraculum quā istud: quia ibi fuerunt multa miracula realiter distincta r in diuersis temporibus facta: hic aūt fuit vnicum. qō patet quia hic fuit vna multiplicatio ꝯtinua olei in lechito. s. q̄ ex quo cepit multiplicari nunq̄z cessauit vsq̄z quo defecerunt vasa in que infunderet r tunc stetit oleū: vt pz in litera r sic fuit vnū miraculū per continuitatē. In multiplicatione aūt olei r farine facta per Heliā fuerunt plura miracula realiter distincta. nā in prima vice lechitus modicum habens de oleo repletus est: et idria repleta est farina: postea vero quotidie summebat de vtroq̄z ad cibuz vidue r Helie: r tñ semp manebat lechitus plen⁹ r ydria plena: cū dicat ꝓcedēti. lib. c. xvij. ex illa die ydria farine non defecit r lechitus olei nō est imminutus. Tot ergo fuerunt miracula in illa multiplicatione quotiens vidua accepit oleum r farinā de lechito r ydria a prima die q̄ venit helias ad eam vsq̄z ad diem qua pluit dñs super terrā: precedenti. li. c. xvij. (venit aūt illa r indicauit homini dei). s. postq̄z plena fuerūt oia vasa oleo vidua iuit ad heliseum. r dixit ei qō factū fuerat (r ille vade inquit vende oleū r rede creditori tuo) iussit heliseus q̄ vende ret vidua oleū r ex illo solueret debitum creditori: quia ad hoc dederat deus ei oleū: (tu aūt r filij tui viuite de reliquo:) erat istud oleū multū r ꝓstabat q̄ maioris eēt valoris q̄z debitū ad qō mulier tenebat: iō dixit ei heliseus q̄ soluto debito ipsa r filij sui viuerēt de reliquo. i. acciperēt ad sustentationē suā. ¶Quereť quare ista mulier iuit ad heliseum postq̄z repleta sunt vasa oleo. ¶Rñdēdū q̄ hoc fecit ꝓpter duo. Primo ad sciendum qd fieri deberet de illo oleo qō erat in vasis: nā heliseus solū dixerat mulieri q̄ funderet oleū p plura vasa r non dixit quid faceret de oleo illo: ideo iuit ipsa ad sciendus quid fieri deberet. r hoc pz quia cum mulier dixerit hoc ad heliseum dixit ei heliseus q̄ venderet oleū r daret creditori r de reliquo viueret ipsa r filij sui. Scōm fuit ad agēdū gratias heliseo quia ipse fecerat ei hoc bonū: r cum accepit illud iuit ad heliseum nunciādo ei quasi per hoc gratias ageret de bono suscepto. nā illi qui miraculose recipiunt aliquid non solū debent deo gratias agere: sed etiā homini illi cuius oratione vel ministerio bonū illud recipiunt. Sic enim christus q̄si sanauit decē leprosos dicens illis: ite r ostēdite vos sacerdotibus: reuersus est vnus illoꝝ r gratias egit q̄ sanatus fuisset. Alij aūt nouē nō redierūt r christus dixit nonne decem sanati sunt: r nouē vbi sunt: nō est inuētus q̄ daret gloriā deo israel nisi iste samaritan⁹: Luc. xvij. c° nā dādo gr̄am homini cui⁹ ministerio fit miraculū dať gr̄a deo faciēti. (¶Facta aūt est.) hic ponitur. Scōm hui⁹ capituli. s. de sunamitis deuote ꝓsolatione: fuit aūt consolatio eius in hoc q̄ filius ei miraculose datus est r postea a morte suscitatus est: r diuidit in duo. Quia prio agit de pueri mirabili conceptione. Scdo de eius mirabiliori suscitatione: ibi (creuit aūt puer.) Circa primū dr̄ (facta est āt q̄dam dies). i. accidit in quadā die (r transibat heliseus per Sunā.) Sunā est nomē ciuitatis in terra israel per quā transibat Heliseus r in qua morabať ista mulier et est in sorte filioꝝ yssachar: vt pz Josue. xix. de ista ciuitate erat Abisac q̄ vocať sunamitis r ducta est ad Dauid in senectute sua vt calefaceret eū r ministraret sibi: ꝓcedenti. lib. c. j. (erat aūt ibi mulier magna) vocať magna nō corpore sed diuitijs r honore r honestate morū: nam magnitudo corporis nihil attinet ad probitatē femine: r dr̄ q̄ erat magna. i. diues qz aliꝰ nō potuisset ipsa facere domū p heliseo r ꝓuidere ei in oibus necessarijs: etiā erat magna honestate morū r deuotione: qz alioqn non fuisset inclinata ad benefaciendū cū tanto desiderio viro dei (que tenuit eū vt cōmederet ibi panē). i. quasi violēter tenuit: volebat enim Heliseus vltra trāsire r ipsa nō pmisit: sed fecit q̄ cōmederet ibi. Ex quo habemus exēplum q̄ pauperes non solū inuitandi sed etiā cogendi: quia tenere quandā violentiā dicit. Idē pz Luc. xxiiij. de duobus discipulis eūtibus in Emaus qbus apparuit christus r putauerunt eū esse peregrinū: r dr̄ q̄ coegerunt eū dicentes mane nobiscū dñe scz vt cum illis manducaret: ipse autem fingebat se longius ire.

¶Que mulier erat ista que tenuit Heliseum in domo. Qō. xiiij.

Queretur que mulier erat ista q̄ tenuit heliseum. ¶Rñdent hebrei q̄ ista fuit sozor Abisac sunamitis que ministrabat Dauid: ꝓcedēti. li. c. i. Notiuū aūt est qz Abisac erat sunamitis r ēt ista vocať sunamitis. etiam quia Abisac erat diues cum assumpta fuerit in vxorē regis vel ministrā: r exinde saltem consequereť diuitias magnas r sic ista sozor sua eēt diues. ¶Sed dicēdū q̄ ista sunt ridicula. nā hebrei mouenť interdū ex nullo vel valde modico colore r ita est hic: nā leuissimus color ē q̄ ex eo q̄ abisac erat de vrbe sunam ambe essent sozores: qz tunc arquereť idē de q̄libet alia habitante in vrbe sunā. ¶Itē non pōt hoc vllo modo stare: qz tūc esset ista mulier valde magne etatis: nā vixisset toto tpe regni Salomonis r Roboā r Abie r Asa r Josaphat r quadā pte regni Dauid: qō pz qz nūc consumabať regnū Josaphat viuente Joram r tñ a pncipio regni Salomonis vsq̄z ad finē regni Josaphat fuerunt anni centū viginti sex. s. xl. anni regni Salomonis: ꝓcedenti lib. c. xj. r. xvij. anni regni Roboam eo. lib. c. xiiij. r tres anni regni Abie. eo. lib. c. xv. r. xlj. anni regni Asa e. lib. r. c. r. xxv. anni regni Josaphat: ꝓcedenti. lib. c. vltimo. r in super vixerat abisac forte. xx. annis vel q̄si q̄n ducta est ad regē: qz adolescētula erat r ministrabat coꝝ eo: ꝓcedēti li. c. j. ista ergo mulier si eēt sozor abisac esset iaz multoꝝ annoꝝ ita vt vix posset viuere: r a fortiori nō eēt apta ad ꝓcipiēdū: r tñ ipsa erat apta ad ꝓceptū: sed solū impediebať qz vir suus erat senex: cū. j. dicať ne q̄ras: filiū eñi nō hz r vir ei⁹ senex est. Si tñ ipa fuisset antiqua r inepta ad ꝓceptū non orasset Heliseus dari ei fillū: r etiā ipsa erubuisset q̄ in tali etate vacaret iuuenilibus amplexibus. sicut fuit de Sarra q̄ erat nonagenaria q̄n angelus dixit ei q̄ ꝓciperet: ipsa aūt risit dicens postq̄z consenui r dñs meus vetulus est voluptati opam dabo. Gen. xviij. ¶Dicendū ergo q̄ non erat ista sozor Abisac sunamitis: sed erat q̄dā alia femina de vrbe sunā de q̄ erat abisac. ¶Quereť vlterius q̄re scriptura facit hic mentionē principaliť de femina cum ista haberet virū viuentē: r est ꝓtra ꝓsuetudinē scripture r modi loquēdi q̄ fiat mentio principalior de feminis quā de viris suis cū vir sit caput mulieris. j. ad corinth. xj. ¶Rñdēdū fm quosdā q̄ vxor erat melior viro r famosior. Ideo fit mentio principalis de illa. ¶Sed dicēdum q̄ non stat: qz quātūcūq̄z sit femina excellētior viro p accidēs: tñ quādiu vxor est eius: semper vir est caput vxoris r

B Ex pte rei q̄n vnū miraculū dicit maius alio.

C Miraculū b fuit maius miraculo Helie multiplicā do oleuz sareptane.

Conclusio.

Qō 13. A Quare iuit ad heliseuz ista mulier repletis vasis oleo.

Pria rō.

Scda rō.

† † †

† Sumas ciuitas.

† Magna mulier q̄ dicatur.

† Pauperes nō solū sūt inuitādi sz ēt cogendi.

Qō 14. A Pria opi:

Prima rō.

Scda rō.

Maxima stultitia breoꝝ exq̄ satis pōt cōstare q̄ sic errāt hic in re taz clara magis erra būt in altissimis speculatiōib⁹ de messia r trinitate r aliys.

Determinatio.

Qō. 15. A Quare scriptura faciat mētiōez de muliere ista r nō de viro suo.

Pria opi.

Cōfutatio.

Cōfutatio.

Rño auctoris.

vxoris ꝛ denominaꝛ ab ipso domus ꝛ familia. ¶Sed dicendū q̄ scriptura facit hic mentionem principalius de vxore q̄z de viro: q̄ scriptura nō agit hic mentionem de istis nisi vt enarret miracula Heliseī: ꝛ tñ ista nō attinebant ad virū istius mulieris principaliter sed ad ipsam: ideo scriptura facit mētionē de ea principaliter ꝛ hoc ꝓpter duo. Primo q̄ ipsa fuit cā vt heliseus maneret in ciuitate sunam ꝛ non vir suus. nā ipsa dixit ad virū suū animaduerto q̄ vir dei sanctus est iste q̄ transit per nos frequenter faciamus ergo ei cenaculū paruulum. Scōo propter miracula que contigerunt ꝛ fuerunt duo vnum de conceptione pueri ꝛ aliud de suscitatione eius vtrūq̄z aūt factū est circa mulierē q̄ ipsa fuit ad quā locutus est Heliseus de conceptione pueri ipsa quoq̄z posuit puerū mortuū in cenaculo helisei ꝛ ad p̄ces eius suscitatus est ꝛ maritus nihil de hoc cognouit dū fieret: vt p̄z ex litera ideo de ipsa debuit scriptura potius facere mentionē q̄z de viro. (Cūq̄z frequenter inde transiret diuertebat ad eam vt comederet panē). i. multotiens transibat Heliseus p̄ ciuitatē illā ꝛ declinabat in q̄cunq̄z vice ad domū illius mulieris vt comederet ibi panē. i. vt reciperet obsequia ciboꝝ. noīe enim panis intelligunt reliqui cibi: sic p̄z. j. vj. cū dixit Heliseus pone panē ꝛ aquā coꝛā eis et sequit ibi appositaq̄z est eis ciboꝝ magna ꝑparatio. Sciē dum aūt q̄ causa transitus frequētis Heliseī p̄ domum isti⁹ mulieris erat q̄ Helise⁹ erat p̄nceps ꝓphetaꝝ post raptū Helie ꝛ q̄ in terra israel erant multa collegia ꝓphetaꝝ visitabat ipse oīa ꝛ oportebat eum discurrere p oīa illa. erat nāq̄z vnū collegiū in Hierico ꝛ aliud in Bethel. ꝯ. ꝛ. aliud etiā erat in Galgala. j. in litera in monte quoq̄z carmeli videbaꝛ esse aliud collegiū vel saltez erat locus deuotissimus ad oꝛandū ꝛ ista loca visitabat Helias dum viueret. nā anteq̄z raperet discurrit p oīa illa ꝯ. ꝛ. Heliseus quoq̄ post raptū Helie cepit habere istuz modū. nā iuit primo in Hierico deinde sanatis aqs iuit in Bethel ꝛ postea in monte carmeli. ꝯ. ꝛ. ꝛ postea iuit in galgalā. j. in litera. Ad hoc aūt q̄ Heliseus iret ad montez carmeli ad quē frequenter ibat oportebat q̄ transiret p vrbem sunā que erat in sorte ysachar ꝛ in illa etiaz erat carmelus ꝛ ideo cū sepe visitaret illa loca oportebat q̄ sepe transiret p vrbē sunam ꝛ declinabat semp ad domū illā quia ibi libenter suscipiebaꝛ (que dixit ad virū suū) desiderabat ista mulier facere cenaculū p̄o Heliseo q̄ tñ dispositio domus nō pendebat ab ipsa sed a viro suo oꝛauit virum suū vt hec faceret exponendo ei cām (animaduerto q̄ vir dei sanctus est iste qui transit p nos frequenter.) In hoc iustificabat mulier petitionem suā. ſ. q̄ facerent ei cenaculū quia erat vir sanctus aliogn non expediret expēdere pecuniā inutiliter ꝛ dixit qui transit frequenter p nos: quia iam sepe transierat Heliseus per domum mulieris illius q̄ istud dixit ad virum suum.

Ōpla ró.

Scōa ró.

Nō.16. A Quō cognouit mulier q̄ heliseꝰ vir sanctus esset.

Rño. Ra. sa.

Cōfutatio.

Rño auctoris.

Stultitia iudaica.

B Virtuosus vir nō pōt abscondi ꝛ quare.

Quereꝛ quō dixit ista mulier animaduerto q̄ vir iste sanctus est. ¶Rñdet Ra. sa. q̄ hoc viderat q̄ sepe aspexerat ad mensam Heliseī ꝛ nulla musca sedebat super eam. ¶Sed dicendū q̄ istud est ridiculū nā viri sancti non habebant in seculo tales excellētias que ad nihil p̄ficerēt. sic enim q̄ non ascenderet musca super mensam suam non erat vtile ad edificationē animarū: iō deus nō faceret tale miraculū frustra. ¶Dicendū ergo q̄ mulier ista nondū cognoscebat Heliseum esse prophetam eo q̄ istud erat quasi in principio status sui post raptū helie ꝛ adhuc non diuulgata erant miracula sua p̄ totum israel quia alioquin nō dixisset mulier animaduerto q̄ vir dei sanctus est iste loquēs sub dubio ꝛ per coniecturas sī dixisset vir sanctus est iste faciamus ei cenaculū. apparebant tñ aliqua signa in Heliseo q̄ esset vir sanctus in tota modestia vite nam erat valde compositus in operationibus suis ꝛ non pōt latere virtus viri vbicunq̄z illa fit: sed sicut dixit Christus Matt. vij. opz q̄ bona arbor bonos fructus faciat ꝛ a fructibus suis cognoscatur homo. nā sicut non pōt abscondi ciuitas sup montē posita. Matth. v. ita homo magne virtutis latere nō pōt quāq̄z vellit se abscondere. facilius est enim aliquē virū sapientissimū abscondi ꝛ reputari simplicē q̄z virū magne virtutis ex eo q̄ non est necesse hoiez hre aliquos actus sapiētie apparentes ꝛ tñ necesse est virū virtuosum hre semp actū virtutis apparentē quia omnia q̄ sunt in vita sunt materia virtutis. ꝛ propter hoc dicit aristote. j. ethi coꝝ q̄ virtutes sunt permanentiores disciplinis ꝛ q̄ virtutes non possunt tradi oblitioni et⁹ discipline possunt quia necesse est virtutes habere actum quotidianū discipline aūt non bñt actus continuos in hebreo dr (qui trā sit p nos semp) vbi litera nostra dicit qui trāsit p nos frequēter ꝛ mutauit hoc littera nostra q̄ non trāsibat semp Heliseus p vrbem illaz sed multotiens. ſ. q̄ discurrebat ad visitandū collegia prophetaꝝ. (faciamus ergo cenaculū puulū.) vocaꝛ cenaculū ꝑm consuetudinē latinorum quecūq̄z domus. sic dicit supra. j. q̄ Ochozias cecidit p cancellos cenaculi sui. ꝛ dixit mulier faciamus cenaculū paruulū ad inducēdū facilius virū vt vellet hoc agere quia forte vir erat tenax ꝛ si cenaculuz eēt magnū ne expēderet in eo multa nollet facere illud: ideo dixit faciamus cenaculū paruulū. ſ. paucoꝝ sumptuū. dixit aūt hoc mulier ad magis honorandū virū dei quia q̄cūq̄z Heliseus trāsibat p ciuitatē illā declinabat ad domū illius mulieris erat tñ cum ipsa ꝛ cum viro suo in eadem domo indiuisa et quia cū esset vir magne virtutis forte vellet vacare contemplationi ꝛ facere alia que non decebat ab oībus videri: ideo honestū erat quod ei fieret cenaculū in quo maneret. In hebreo dr (faciamus ei celulam cum pariete). i. faciamus ei celulā distinctā a domo vestra p parietē intermedium ꝛ ista idez est q̄ cenaculū cū q̄cunq̄z domus possit vocari cenaculū (ꝛ ponamus ei in eo lectulum ꝛ mensam ꝛ sellam ꝛ candelabrū.) volebat mulier p̄uidere viro dei quātū ad omnia necessaria dum maneret in domo sua ꝛ q̄ honestius ipse viueret quātū ad omnia semotus a cōmunicatione domesticoꝝ posita fuerunt oīa q̄ ptinebāt ad vsus eius in cenaculo suo. ſ. lectulus ad dormiendū ꝛ mēsa vt ibi comederet cū puero suo giezi q̄n vellet ꝛ sicut vellet ꝛ sella posita est ad sedendū ꝛ candelabrū ad vsus luminis p noctem. (vt cū venerit ad nos maneat ibi). i. vt honestius maneat ibi q̄n venerit ad nos quā si maneret nobiscum cōmunicans in oībus. ꝛ supplendū est q̄ maritus illius mulieris fecit libenter cenaculum ꝛ omnia predicta p Heliseo. (facta est igitur dies quedā ꝛ veniēs diuertit in cenaculum). ſ. cū ex more Heliseus transitum faceret p ciuitatē illam declinauit ad domū mulieris illius ꝛ māsit in cenaculo. ꝛ fuit istud in prima vice qua Heliseus mansit in illo. nam tunc cōsiderata tāta benignitate mulieris voluit ei bene agere ꝛ locutus⁹ est que habent infra (ꝛ requieuit ibi). ſ. in cenaculo manēs ibi quādiu stetit in ciuitate illa. (dixitq̄z ad giezi puerum suū voca sunamitē istā) vocaꝛ mulier ista sunamitis quia erat de vrbe sunā vt supra dictū est. ¶Quereꝛ quare Heliseus vocari fecit mulierē istā ad se. ¶Rñdendū q̄ Heliseus considerauerat obsequia que p̄stabat ei ista mulier ꝛ desiderium magnū quod habebat in ministrādo solicite in omnibus ei ideo voluit regratiari in aliquo ꝛ ad hoc fecit vocari eam vt sciret ab ipsa in quo posset ei vtilis, eē vel quid ipsa potius desideraret vt ipse posset illud procurare propter eā. Ex hoc aūt colligitur notabile documentū. ſ. q̄ quāq̄z aliqui propter deum solū bona recipiāt a proximis ꝛ tñ tenenꝛ illis bene facere vel vtiles esse in eo q̄ possunt ꝛ saltē reddere actiones gratiaꝝ. nā Heliseus susceptus fuerat in domo huius mulieris propter deum. ſ. quia tāq̄z propheta ꝛ vir bonus susceptus est ꝛ omnia eis gratis ministrabātur quod patet ex verbis mulieris. ſ. animaduerto q̄ vir dei sanctus est iste q̄ trāsit per nos faciamus ergo ei cenaculū. deus ergo debebat eis remunerare hoc bonum quia recipiebāt eum vt prophetā sic dicitur qui vos recipit me recipit qui recipit prophetā in nomine prophete mercedē ꝓphete accipiet ꝛ qui recipit iustū nomine iusti mercedē iusti accipiet. Matth. x. hoc tamen non obstante Heliseus qui erat vir sanctus ꝛ sciebat ista sibi impensa esse propter

Litera bebraica.

Nō.17. A Quare heliseus vocari fecit mulierez sunamitē ad se.

Documentum.

Qui recipit a proximo bñficiū pp̄ solū deū tenetur ei quantū p̄t regratiari.

deum voluit reddere vicez pro hoc beneficio ꝛ quesiuit a muliere quid sibi gratū esset vt faceret. ¶Queret vlterius cū beneficium istud impensum esset Heliseo a

Qō.18. A Heliseo q̄re poti⁹ vocauit mulierē q̄ virū suum.

muliere ista ꝛ viro suo cur non vocauit potius virum ad reddendū gratiaꝫ actiones q̄m vxorem cum vir viueret ꝛ vir esset precipuus quia est caput vxoris.ī.ad cor.xj. ¶Respondēdū q̄ Heliseus ab vtroq; susceperat beneficium nam vxor sine consensu ꝛ mandato viri nō susceperat Heliseum in domo nec ministrauerat ei.qō patet quia quando debuit ei fieri cenaculū persuasit hoc vxor viro dicens animaduerto q̄ vir dei sanctus est iste qui transit p nos faciamus ergo ei cenaculū ꝛ tunc vir eius fecit cenaculū.ob hoc aūt cum vellet Heliseus vicē reddere susceptī beneficij debebat in aliquo benefacere qō esset cōmune viro ꝛ vxori ꝛ ideo siue vocasset virum siue vocasset vxorem beneficium debebat esse tale q̄ vtriq; competeret vt vterq; reciperet gratiam pro labore suo. voluit tamen heliseus vocare potius vxorem q̄m virum

Pria rō. propter duo. Primo quia ipse volebat reddere vicē pro beneficio susceptō ꝛ tñ directius mulier benefaciebat q̄m vir: ideo eam potius vocauit.hoc patet quia ipsa fecit suscipi eum in domū ꝛ ad suasionē eius factū est cenaculum heliseo nam vir suus non cogitauerat aliquid horū ꝛ ipsa persuasit hoc viro vt patet in litera ideo maxima

Scda rō. pars boni operis imputat ei. Secundo vocauit eam heliseus ꝛ non virum quia licet vir esset caput tamen forte erat aliqualiter simplex ꝛ mulier erat prudentissima et ipsa gubernabat familiā ꝛ disponebat totam domum.ꝛ quia heliseus volebat scire an aliquod negocium haberet domus sue in quo posset ei esse vtilis quesiuit potius ab ea q̄m a viro quia forte vir nesciret si ipsa principaliter gubernabat domū.ꝛ hoc aliqualiter colligit ex verbis helisei cum dixit ad eam nūquid habet vir tuus negocium vel nunqd habetis ambo negociū sed dixit nūqd habes. Si tamen vir regeret familiam omnia negocia domestica dicerent esse negocia viri ꝛ dixisset Heliseus nunqd habet vir tuus negociū.de primo etiam scilicet q̄ ista mulier principaliter ministraret heliseo ꝛ attribuendū sit ei beneficiū patet ex verbis eius nam dixit ecce sedule in omnibus ministrasti nobis q̄si ipsa sola ministrasset ꝛ non dixit sedule ministrauit nobis vir tuus vel sedule ministrastis ambo. ¶Queretur vlterius quomodo heliseus fecit vocari istam mulierē ꝛ non

Qō.19. Quare heliseo⁹ loquutus est isti mulieri p giezi. loquebat ad eam sed ad giezi puerū suum ꝛ giezi loquebatur ad illā vt patet in litera. ¶Rūdendum q̄ ista mulier vocata est sed non stetit prope heliseū sed distās ita vt non videret eū:ideo loquebat heliseus giezi ꝛ giezi ibat ꝛ loquebatur ei.qō patet quia postq̄m ista mulier dixit q̄ non habebat aliqō negociū ꝛ giezi dixit q̄ non q̄reret quid opus esset quia non habebat filiū precepit vt vocaret eam ꝛ dicitur que cum vocata fuisset ꝛ stetisset ad hostiū dixit ad eam vt patet.ī.si tamē ex ista vocatione prima fuisset mulier coram heliseo ita vt posset ei loqui non fecisset eaz postea vocari ad hoc q̄ ipse loquereturei. Sed dicendū q̄ fecit eā vocari ꝛ tñ non stetit coram heliseo sed in aliquo loco extra cenaculum sum et ad illum locū ibat giezi ꝛ loquebatur ad illam ꝛ deinde redibat ad heliseum pferens responsum eius ꝛ sic erat medius in sermone vtriusq;. ¶Item patet hoc quia qñ

B

Obiectio. mulier dixit se non habere negociū dixit giezi ad Heliseum non queras.filiū enim non hz ꝛ vir eius senex est si tñ ipsa fuisset presens heliseo non loquereť sic giezi ad heliseum:ideo erat ipsa absens. ¶Sed obijceret q̄ dicitur hic qui cū vocasset eam ꝛ illa stetisset coram eo ergo mulier vocata stetit corā heliseo. Aliquis dicet q̄ stetit coram eo.i.coram giezi:sed istud nihil est quia postq̄m vocata erat non stabat coram giezi sed magis qñ vocabatur stabat coram giezi.etiam ad hoc vt mulier staret

Rño vera. coram giezi soluz non erat vocanda quia giezi iuisset ad illam sed stetit coram Heliseo ꝛ tñ non stetit prope nec introiuit in cenaculum eius ita q̄ heliseus non videbat eam quādo loquebatur ista nec poterat loqui ad illam sed loquebať per intermedium. Causa aūt quare Heliseus non fecit eam stare coram se vt loquereť ipse ad illā erat quia ipse erat vir valde sanctus abstractus a cōmunicatiōe populariū ꝛ maxime mulierum:rarissime enim loquebať alicui mulieri ꝛ potissime nō pmittebat se tangi ab illis.hoc patet q̄ qñ ista mulier mortuo filio iuit ad heliseū in montē carmeli ꝛ procidens tetigit pedes eius ammouit eam giezi prohibens tangere heliseū.si tñ heliseus pmitteret se tangi ab aliys mulieribus a fortiori pmisisset se tangi ab ista q̄ ministrabat ei tam solicite in oibus.Postea aūt heliseus compatiens ei pmisit se tangi ab illa vt patet.ī.in litera(qui cum vocasset eā)giezi vocauit illam qui erat minister helisei(ꝛ illa stetisset coram eo).i.corā heliseo non tñ stetit coram eo.i.coniuncta ei vt declaratum est.nec etiam stetit intra cenaculū in quo erat heliseus nam postea cum vocata est in secunda vice dicit q̄ stetit ad hostiū cenaculi(dixit ad puerū) s.ad giezi qui vocať puer non etate quia vir erat sed officio quia seruiebat heliseo(loquere ad eam)non loquebatur per se heliseus illi quia ipsa erat distans ꝛ non videbat eam cū esset heliseus intra cenaculum suū ꝛ mulier esset extra sed loquebať ei giezi(ecce sedule in oibus ministrasti nobis.) Volebat heliseus reddere vicem pro beneficio susceptō: ideo cōmemorauit beneficium dicens sedule ministrasti nobis.i.diligenter cū magna affectione ꝛ dixit in omnibus.s.quia nihil ptinebat ad vsus Heliseiq̄ mulier illa non prestaret ei dum manebat in domo eius.s.quia fecerat ei cenaculū ꝛ posuerat mensaz ꝛ lectum ꝛ sellam ꝛ candelabrū.ꝛ nole mense intelligiť q̄ ministrabat ei in omnibus pertinētibus ad cibum ꝛ sic nihil deerat sibi(quid vis vt faciam tibi).s.pro tanto beneficio elige quod tibi vis q̄ ego facere possim (nunquid habes negocium ꝛ vis vt loquar regi siue principi milicie).i.nunquid habes aliquod negocium expediendum in domo regis cuius ego possim obtinere expeditionē.dixit etiam ꝛ vis vt loquar principi militie.q.d.q̄ expeditio negociorū pendebat a rege vel a principe militie quia forte princeps militie habebat iurisdictionem ꝛ consistoriū causarum vel ipsi erant cōmissa negocia regis tanq̄m officiali suo ꝛ cuiq; eorum poterat loqui Heliseus vt expediret negocium mulieris illius vel obtineret aliqō nouum si a rege peteret vt pote aliquaz immunitatē vel exemptionez(que rñdit in medio populi mei habito)breuis responsio ꝛ prudens.q.d.non egeo vt aliquod negociū expediat pro me coram rege vel principe militie q̄ in medio populi mei habito.q.d.vallata sum consanguineis ꝛ amicis ꝛ nullus inquietat me:ideo non est opus vt tractem aliquod negocium apud regem sic exponit historia scolastica ꝛ Nicolaus. Vel aliter in medio populi mei habito.i.mulier popularis sum ꝛ nō habeo negocia magna in domo regis vel principum que p me expediri debeant.ꝛ tñ quāq̄m ista mulier non egeret nunc vt expediret heliseus aliquod negocium suū cū rege tñ postea eguit.nam cū recessisset mulier ista de terra propter famē monitu helisei p septē annos interim possessiones sue occupate sunt ab aliys manētibus in terra ꝛ illa clamabat corā rege ꝛ cum dixisset giezi q̄ illa erat mulier cuius suscitauerat heliseus filium iussit ei rex restitui agros cū redditibus illorum a die qua dimiserat eos.ī.vij. ¶Queret quare heliseus dixit isti mulieri nunquid habes negocium ꝛ vis vt loquar regi nam qñ alia mulier vidua clamauit ad heliseum non dixit ei heliseus si vellet hoc vel illud sed dixit quid vis vt faciam tibi. ¶Rūdendum q̄ illa mulier petebat ab heliseo sibi succurri ꝛ ista non petebat sed heliseus dicebat ei an vellet aliquid:ideo illa q̄ petebat debebat exprimere q̄ volebat ꝛ propter hoc heliseus non dixit ei a principio quid faceret sed quid vis vt faciam tibi.ista aūtē non petebat:ideo Heliseus debebat ei offerre aliquid qō pro ipsa posset facere. ¶Itē mulier p̄dicta petiuit pro negocio determinato scilicet vt liberaretur a debito ne filij sui tollerētur ad seruiēdum:ideo ad ipsam ptinebat exprimere qualiter vellet sibi succurri.ista aūtē sunamitis nihil petebat:iō nō debebat ipsa exprimere s; heliseus.

¶Item

Heliseꝰ rarissime loqbať alicui mulieri. et potissime nūq̄m pmittebat se tangi ab illis. iuꝫ cōsiliū hieronymi in.c.hospitiolum.xxxij.d.i quo sumāt exēplum eccleſiastici.

† † † †

Breuis et prudens rñsio mulieris.

Qō.20. A Heliseꝰ q̄re dixit isti mulieri vis vt loquar regi ꝛ nō vidue.

Prima rō.

Scda rō.

Tertia rō. ¶Item ratio ꝑcipua quare dixit si volebat ꝙ aliqd expediret ꝓ ea in domo regis fuit: vt ipsa sciret in quo posset fauere sibi heliseus: nam forte ipsa habebat aliq̄ negocia expediēda ꝓ regē: ꝛ tñ nesciret an heliseus posset ꝓficere in illis: ideo non peteret aliqd tale ꝛ sic expressit istud heliseus vt sciret ꝙ in hoc poterat eaz adiuuare.

Quarta ratio. ¶Alia cā fuit quare expressit specialiter de rege ſ. qꝛ volebat heliseus adiuuare mulierē illā in arduis rebus: sed negocia tanto sunt difficiliora ad expediendū quāto cū maioribus ꝑsonis expediunt: sic autē sunt negocia q̄ expediuntur cū regibus ꝛ principibus: ideo dixit si habebat negociū cū rege vel principe militie: nam illa non posset hoc ꝓ se expedire cum esset mulier popularis.

¶An heliseus debebat se itromittere in expeditiōe negociorum secularium i domo regis: ꝛ an bonuz sit viros religiosos esse in curijs regum ꝓ negocijs. Qō.xxj.

Qō.21. **Queretur** vlteriꝰ qūo dicebat heliseus ꝙ loqueret regi vel principi militie quasi intendēs ꝙ loquēte eo expediretur negociū: qūo enim tñ se valiturū apud regē putabat: ꝛ an liceret hoc heliseo qui erat vir religiosus. ¶Rñdendū ꝙ heliseus sciebat se habere magnū fauorē apud regē ꝛ principes regni: ita ꝙ quicqd ipse diceret illico facerent. ꝛ sic erat ꝙ magnū habebat fauorē. ꝛ hoc erat ꝓpter tria. ¶Primū ꝓpter beneficiū susceptū ab eo qō rex ꝛ totꝰ exercitus susceperat. nā totus exercitus trium regū erat periturus siti: nisi heliseus succurrisset denuncians eis qūo venirent aque ꝛ facerent alueos ad suscipiēdū illas: ꝑcedēti. c. ¶Scōm erat quia rex ꝛ totus populus continue egebant heliseo qui erat princeps prophetaꝝ ꝓ eis rebus dubijs ꝛ necessitatibus suis: iō quicquid ille diceret facerēt rex ꝛ populus: qō patet quia non solū facerēt qō ipse rogaret: sed etiā si ipse increparet eos sustinerēt. sic. n. ꝑcedēti. c. dixit heliseus ad regē israel: quid mihi ꝛ tibi vade ad prophetas patris tui et matris tue: viuit dñs ꝙ si non vultū Josaphat regis Jude erubescerē nō attendissem quidē te nec respexissez: ꝛ tñ rex increpitus sic tacuit quia timuit rñdere aspere heliseo cū hret eum valde necessarium. ¶Tertiū erat ꝓpter sanctitatē heliseī. erat enim vir sanctus valde: ideo nullus esset in toto israel q̄ non erubesceret repugnare ei in eo ꝙ diceret vel rogaret. ¶Circa scōm aliqs dicet ꝙ heliseus nō debebat se intromittere de tractādo negocia in domo regis vel principū: quia ipse erat vir valde religiosus ꝛ ad tales nō ptinet cōicatio que fit in domibus regū ꝛ curijs magnatū: immo ꝛ ꝓphete non debēt esse in domo regū: quia illi qui sunt in talibus locis sunt dediti secularibus desideriis. Sic enim christus locutus est. Matth.xi. de laudibus beati Joānis dicēs: ecce q̄ mollibus vestiunt in domibus regū sunt. Joānes aūt nec erat in domo alicuius regis nec vestiebat mollibus. ¶Rñdendū ꝙ flos glorie seculi est in domibus regū ꝛ magnatū: qꝛ ibi sunt abundantius huius seculi q̄z in aliis locis. ſ. gloria: potentia: honor: delitie: ꝛ diuitie: iō q bona ista caduca sum mo desiderio appetunt frequētant curias regū ꝛ domos magnatū: qꝛ ibi ista facilius ꝛ abundantius q̄z alibi ꝓse qui ꝑsit. ꝛ qꝛ desideriū nimiū istaꝝ rex est vituperabile: vt cōiter vituperantur frequētantes sponte domos regū ꝛ magnatū. ꝛ sic vt cōiter non frequētant talia loca nisi viri dediti vitijs. Hoc aūt christus tetigit dicēs qui mollibus vestiunt in domibus regū sunt. ſ. ideo ibi sunt vt mollibus vestiantur ꝛ vt affluant aliis delitijs. ꝛ iō illicitum est alicui viro desideranti virtutē ꝛ potissime viris religiosis desiderare frequētationē domoꝝ regū vel ꝑncipū: si causa sui agant. Sunt tñ quedā cause ꝓ quibus licitū est cuicūq̄ ire ad curias regū ꝛ principū. ſ. ad expediēdū negocia miserabiliū ꝑsonaꝝ q̄ alꝰ pitura eēnt: vel ad proficiēdū ipsi bono publico vt in consulēdo vel admonēdo vel babēdo administrationē negociorum ex officio imposito. ꝛ sic heliseus dicebat se iturū ad regem vel ad principē millitie ad expediēdū negocia mulieris istius: quia ipsa ꝓ se expedire non posset. Jsta tamē q̄ possunt facere viri boni ꝛ religiosi in domibus regū ꝛ principum hz sint valde fructuosa: tñ nimis appetenda non sunt: quia diuturna cōicatio in talibus locis difficillima est viro virtuoso desiderāti tranquilitatē cordis ꝛ castigare vitia ad vnguē. ꝛ qꝛ apostolus iubet ꝙ in quocūq̄z ope qō pietatis cā exhibemus alijs principaliter attēdamus ne nos tētemur: vtilius est viris religiosis abstinere a fructu copioso quē forte inducere possent in curijs principū: ne ipsi a rigore virtutis dissoluant ad quandā mollitiē ꝛ teneritudinē quā qō alijs ꝓficiēdo ipsi apud se ipsos aliqualiter reprobi efficiant. laudabile est ergo viris virtuosis ꝛ religiosis aliqñ ꝓ vtilitate publica ꝛ causis pijssimis visitare curias principū: ſz frequēter hoc agere vel diu ibi manere satis piculosuz est. vñ heliseus nūc diceret se iturū ad regē vel principē militie ꝓ negocijs mulieris huius: tñ non erat assidue in curia sed tota occupatio sua erat visitando cōuētus ꝓphetaꝝ discurrēdo de vno in aliud: vt supra in lra declaratū est. Si quis tñ religiosus vir publice vtilitati insudans diu intemerata virtute ꝛ non declinās a rigore eius manere pōt in curijs principū nō increpo: ſz potius aꝓbo ꝛ laudo nimis (ꝛ ait qd ergo vult vt faciam ei.) dicebat hoc heliseus ad giezi quasi petēs ab eo consiliū qd posset agere qō gratū eēt illi mulieri: (dixitq̄z giezi ne q̄ras). q. d. nō opz ꝙ q̄ras quid vult vt facias ei: quia manifestum est in quo potes ei proficere: (filiū. n. nō hz ꝛ vir eius senex ē) ſ. cū scias ꝙ non hz filiū nec ēt hre pōt qꝛ vir eius senex est: non potes eam adiuuare melius q̄z ꝙ des ei filium. Dixit hoc giezi qꝛ prudēs erat ꝛ sciebat ꝙ maximū desiderium coniugatoꝝ est hre filios potissime qñ sunt diuites: quia dolēt ꝙ omnia bona sua dimittāt heredi extraneo: iō quācunq̄z prosperitatē ꝛ abundantiā bonorū reputāt nihil eē cū sciant extraneꝰ successurus in bonis eoꝝ. Sic ꝓz de Abraā. Geñ.xv. cū dixit ei deus: nolli timere Abraā ego ꝓtector tuus suz ꝛ merces tua magna nimis: ꝛ rñdit Abraā dñe deus qd dabis mihi: ego absq̄z liberis ꝛ ecce vernaculus meus erit hꝛs meus. q. d. dñe deus quid ꝓficiēt mihi oia q̄ mihi dederis: quia ad vltimum ego moriar sine liberis ꝛ seruus meus erit heres meus. hoc aūt potissime erat in veteri testō qꝛ non solū boies desiderabant liberos vt haberēt qbus dimitterēt bona sua: ſz ēt vt non deleret nomē eoꝝ. nā cēsebant valde magnū malū eē ꝙ quis morieretur ꝛ non maneret nomen suū in aliquo: ꝛ tñ non manebat qñ non hēbat aliquis liberos. vnde lex valde prouidebat in hoc qūo nō moreretur aliquis sine liberis ꝛ ne periret nomē: quia si moreret sine filijs iubebat lex ꝙ frater suus minor acciperet vxorē mortui ꝛ procrearet ex ea prolē noie fratris sui: deut. xxv. ꝛ Matth. xxij. iō Saul adiurauit Dauid ne deleret nomē suū de domo patris sui. ſ. ne occideret oēs filios suos ꝓ quoꝝ morte deleret nomē Saulis: supra. j. lib. c. xxiij. ꝛ sic vī ꝙ potius dolebat de deletione nominis q̄z de morte filioꝝ: (ꝑcepit itaq̄z vt vocaret eā) postq̄z cognouit heliseus ꝙ mulier illa non hēbat filiuz nec poterat concipere ex viro qꝛ senex erat: fecit vocari illam vt veniret ad se. iam. n. vocauerat eam ꝛ loquebatur ad ipsam ꝓ giezi puerū suū: qꝛ tñ erat distans ab eo ꝛ non se videbant mutuo nec heliseus loquebat illi: fecit eaz vocari. ſ. faciēdo ꝙ propinquius accederet: (q̄ cū vocata fuisset ꝛ stetisset ad hostiū). ſ. vocata est vt magis accederet ad heliseū ꝛ videret eū ꝛ sic stetit nūc ad hostium. i. ad hostiū cenaculi: qꝛ heliseus manebat in cenaculo suo ꝛ mulier erat prius extra cenaculū: nūc aūt fecit ꝙ accederet ad hostiū cenaculi vt ibi videret eam ꝛ posset loq illi: (dixit ad eā in tpe isto ꝛ in hac eadē hora) denūciauit ei ꝓceptū ꝛ ptū dicēs in isto tpe ꝛ in hac hora habebis filiū in vtero: pōt aūt intelligi dupliciter vno mō ꝙ heliseus diceret ꝙ anno sequēti in isto tpe ꝛ in ista hora q̄ nūc erat: hret mulier illa filiū in vtero. ſ. q̄ ꝓciperet tpe intermedio. Alio mō pōt intelligi: in hoc tpe ꝛ in hac hora hēbis filiū in vtero. ſ. in breui post hoc hēbis filiuz ꝛ hoc forte qꝛ pauc is diebus post ista verba cōcepit mulier illa: acci piēdo aūt primo mō hr simile. Geñ.xvij. cū dixit Angelus ad Abraā reuertēs veniam ad te tpe isto

Abulensis. d ij

Tertia rō.

Quarta rō.

Qō.22.

A Nñ liceat tractare negocia in domo regis ꝛ qñ non religiosis.

Viri cupidi ꝛ ambitiosi sūt vt cōiter q̄ curias principuz frequētant. ſ. dediti delitijs ꝛ diuitijs et cupiditati dominandi ꝛ ad altiora ascendēdi.

B

Eligibili⁹ ē viris religiosis abstinere a curijs ꝑncipū ēt si fructum copiosum ibi facē possint q̄z a ꝛtutis rigore scz pauptatꝫ ꝛ obedientie aliq̄r ꝺclinar .xvj. q. j. si cupis.

Periculosum ē ēt viris sanctissimis i curijs principum diu manē.

Nota ꝙ in solo cān publice vtilitatis ꝛtute hz religioso diu manē i curijs ꝑncipū ꝛ qñ ꝑ hz tñ maneat cognoscēs euidēter si nihil petit nec accipit a ꝑncipe ēt offerēte. qꝛ si sciam q̄ sua sunt q̄rit ꝛ non q̄ Jesu xpi ꝛ sub specie agni lupuz gerit. ꝛ retro aspicit renūciatis seculi pompis. vt i. c. q̄ rūdā. ō electiōe. li. vj.

Maximuz ꝺsideriū cōiugatorū ē hēre filios ꝑ duo ruz vt memoratio eoꝝ nō peat tuz vt habeāt heredes.

C Heliseꝰ denūciat mulieri conceptum ꝛ partum.

vita comite ꝛ habebit filium sarra vxor tua.ſ.post vnū annū ego veniam ꝛ iam Sarra habebit filiū natū. Accipiendo scōo modo hꝫ simile p̄cedēti.c.cū dꝫ cunqꝫ mortuus fuisset Achab ꝓuaricatus est rex Moab fedus qō habebat cū rege Israel:egressus est igitur Joram rex in die illa de samaria.ꝛ tñ manifestū est q̄ non egressus est de samaria die illa qua rex Moab ꝓuaricatus est fedus sed plusq̄ꝫ vno anno postea:quia ꝓuaricatio federis fuit mox post mortē Achab. Joram vero non egressus est de samaria cōtra Moab vsq̄ quo fuit rex:ꝛ istud fuit plusq̄ꝫ vno anno post mortē Achab cū Ochozias succesſerit Achab ꝛ Joram Ochozie:ꝛ tñ Ochozias regnauit duobus annis ꝫ incōpletis:p̄cedenti li.c.vlti.ꝛ tñ hic accipitur primo modo.ſ.q̄ in ista hora ꝛ tpe post vnū annum mulier ista hꝫet filiū in vtero:qō pꝫ quia dꝫ in litera si vita comes fuerit:ꝛ tñ si intelligeret q̄ immediate deberet concipere:non diceret si vita comes fuerit.ꝛ ideo añ vnū annum mulier conceptura erat:ꝛ tñ dixit Heliseus q̄ lapso vno anno iam haberet filiū in vtero(si vita comes fuerit:)melius diceret ꝛ vita comes erit vel vita comite.nam si proprie teneatur conditionaliter prophetia ista nihil esset:quia ꝑditionalis nihil ponit in esse ꝛ sic cū stante conditionali dubitaret de vita an comes eēt ꝛ nō existēte vita non existeret ꝓceptus:ió ꝓsequēter dubitaret de ꝓceptu ꝛ sic nihil certificaret ꝑ prophetiā.ꝛ sic diceret melius vita comite. Hieronymus tñ non multus curauit de ista differētia sed posuit vnū ꝓ altero:qō pꝫ quia eadē lr̄a penitus hꝫ in hebreo hic ꝛ Geñ.xvij.vbi loquit angel⁹ ad Abraā.ſ.reuertens veniā ad te tpe isto vita comite.ꝛ hic dꝫ si vita comes fuerit ꝛ sic non accipitur si conditionaliter sed magis causaliter pro quia. Si aūt diceret vita comite poterat exponi iste ablatiuus ꝑ si vel dum vel quia ꝛ sic exponeretur causaliter ꝑ quia et certificaret de vita ꝛ ꝓsequenter de conceptu:(habebis in vtero filiū).ſ.iam conceperis ꝛ tñ nondum paries:ꝛ secundus hoc debemus dicere q̄ non ꝓcepit ista mulier paucis diebus post verba helisei sed ad minus post tres mēnses vel plus qꝛ alioquin vsq̄ ad vnū annū iam periſſet:in hebreo dꝫ(in tpe isto sicut hora viuens ample xaberis in vtero filiū).i.in tpe isto post vnū annum amplexaberis filium.i.habebis filiū intra vterū:ꝛ dicit sicut hora viuens.i.eris viuens sicut nunc in ista hora. ꝛ loco huius posuit litera nostra plura dicēs in hac eadez hora si vita comes fuerit. ¶Quereꝫ quare nunc heliseus vocauit ad se mulierē ꝛ locutus est ei ꝑ se cū prius non loquereꝫ ei nisi per giezi. ¶Rñdendum q̄ hoc fecit propter duo. ℙPrimū fuit vt mulier crederet verbis que dicebant:nā denunciabat ei heliseus q̄ conceptura eēt ꝛ istud erat miraculum:ió si solus giezi diceret hoc mulieri non crederet quia ipse non erat ꝓpheta ꝛ forte mulier putaret q̄ heliseus hoc non dixerat:ió vt ipsa crederet voluit ei loqui heliseus. ¶Scōm fuit ne putaretur hoc euenire ex verbis giezi tanq̄ ipse esset prophetа:ſꝫ voluit heliseus q̄ sicut deus ꝑ ipsum solū denunciabat abscōdita ꝛ operabaꝫ miracula ita ipse solus diceret mulieri.ante hoc aūt non loquebaꝫ Heliseus mulieri ſꝫ giezi:qꝛ tunc tractabaꝫ aliquid qō esset magni ponderis ꝛ deberet dici per Heliseum:sed petebat heliseus a mulie re quid vellet q̄ faceret ꝓ ipsa. Si tñ postea mulier determinasset q̄ volebat aliquod negociū expediri ꝓ illa in domo regis credendū est q̄ Heliseus vocaret eam ꝛ loquereꝫ sibi vt informareꝫ de negocio. Sciendū etiam q̄ qñ ista mulier nunc venit ad heliseū stetit ad hostium cenaculi sui ꝛ non ingressa est interius ꝛ hoc ꝓpter honestatē helisei ꝛ mulieris:quia non erat honestū q̄ intra cubiculum esset cū illa:(at illa rñdit noli queso dñe mi vir dei noli mentiri ancille tue.) vidit.n.mulier hoc fere impossibile naturaliter cum vir suus senex esset:ideo putauit q̄ non dicebat ei hoc tanq̄ꝫ futurum esset sed vt eam letificaret:ꝛ ipsa dixit nolli mētiri.ſ.nō asseras hoc quia difficile est ꝛ eris mendax in eo. ¶Queretur an mulier ista peccauerit dicendo Heliseo noli mētiri:quia non solū non credebat verbis eius sed etiaꝫ aliqualiter offendebat eū dicendo noli mentiri. ¶Rñdendū q̄ satis poterat teneri istam mulierē peccasse ex incredulitate:qꝛ non assensit verbis ꝓphete.qꝛ tñ pōt excusari melius est vt dicamus eam non peccasse. ℙPōt aūt hoc dupliciter apparere. ℙPrimo dicendo q̄ mulier ista nesciebat heliseum esse prophetā:ideo non obligabaꝫ credere verbis eius.sed obijciet qꝛ ipsa vocauit eum ꝓphetā dicens noli queso dñe mi vir dei noli mentiri. Dicendū q̄ viri dei vocanꝫ prophete ꝛ tñ ipsa adhuc nesciebat eum per certitudinē esse ꝓphetā ſꝫ ex qbusdā ꝓiecturis:quia vidit in eo sanctitatē magnā.sic enim locuta est ad virū suū animaduerto q̄ vir dei sanctus est iste qui transit ꝑ nos:non ergo obligabatur credere qꝛ non erat certificata.scōo pōt excusari:quia dato q̄ sciret ꝑ certitudinē eū esse prophetā non obligabaꝫ credere verbis eius:qꝛ nō ꝓstabat eū loqui prophetice.ad hoc tñ q̄ crederet alicui ꝓphete de necessitate oportebat ꝓstare duo.ſ.q̄ ꝓpheta eēt ꝛ q̄ ꝓphetice loqueret.ꝛ ad hoc ꝓphete debebāt ꝑmittere signū qñ populus non credebat eis:ꝛ si ꝑmitterent tenebaꝫ populus credere vt colligitur deut.xviij.et xviij.ꝛ sic credēdū est q̄ nunc nō ꝑmiserat aliqō signuz Heliseus ad ꝓbationē eoꝝ q̄ dicebat.ꝛ sic non peccabat mulier non credendo.ꝛ hoc verisimile est qꝛ si peccauisset dicēdo istud:forte deus priuaret eam isto bono ꝑnunciato vel saltem increpuisset eam heliseus ꝛ tñ nō increpuit. Simile pꝫ de Sarra q̄ risit ꝛ non credidit verbis angeli qñ dixit q̄ ꝓciperet:ideo angelus increpuit eam saltē leuiter dicens risit Sarra ꝛ ipsa erubuit ꝛ timuit ꝛ negauit. Geñ.xviij. ¶Quereꝫ qūo pt̄ stare q̄ Sarra peccauerit aliqualiter non credēdo se pariturā ꝛ nō peccaret ista mulier:nam potius vꝫ q̄ deberet ista peccare. ℙPrimo pꝫ quia maior difficultas erat ad hoc q̄ Sarra pareret q̄ꝫ ad hoc q̄ pareret ista.nā in Sarra erant due difficultates.prima erat quia Abraā erat vetulus:ꝛ sic dixit ipsa postq̄ꝫ consenui ꝛ dominus meus vetulus est voluptati operam dabo. Geñ.xviij. Scōm erat difficile ꝛ principalius quia desierat Sarra hꝫe mēstrua:vt pꝫ e.c.ſ.erant aūt ambo senes ꝓuecteq̄ꝫ etatis ꝛ desierāt fieri Sarre mulieb⁹ia.i.cessauerat hꝫe Sarra menstrua q̄ eueniunt feminis qñ sunt potentes gñare:vel añq̄ꝫ mēstrua eueniant vel postq̄ꝫ cessauerint fieri impossibile est feminā naturaliꝫ ꝓcipere. In ista muliere erat prima difficultas.ſ.qꝛ vir eius senex erat ꝛ tamē nō erat fecunda quia ipsa non erat vetula.vnde giezi quando posuit impedimēta ꝓceptus huius mulieris solum dixit filiū eni non hꝫ ꝛ vir eius senex est:si tamē ipsa fuisset antiqua ēt esset impedimentū ad ꝓcipiendū immo maius q̄ꝫ vir suus eēt senex ꝛ diceret illud giezi non tamē dixit:ió vꝫ q̄ illa non erat vetula. ¶Jtē erat maior rō q̄re peccaret ista mulier q̄ꝫ Sarra:qꝛ Sarra non ꝓtradixit manifeste sed in abscōdito risit. Geñ.xviij.ista aūt manifeste dixit noli mentiri:ergo ista magis peccauit q̄ꝫ Sarra. ¶Respondēdū q̄ Sarra peccauit aliqualiter ex incredulitate qꝛ non credidit q̄ posſit ꝓcipere dicēs postq̄ꝫ ꝓsenui ꝛ dominus meus vetulus est voluptati operam dabo ꝛ risit quasi ex desperatione eius qō dicebaꝫ irridēdo verbū angeli.rō aūt differētie fuit hic duplex:prima fuit quia Sarra vidit angelos nunciantes partū suū ꝛ credebat illos eē angelos.ista aūt mulier vidit prophetā:de angelo aūt dei non est dubitandū quin semp vex dicat sed de hoie ꝓpheta dubitari pōt ꝓpter duo.ſ.quia nescit an ꝓpheta sit ꝛ dato q̄ sciaꝫ eū eē ꝓphetā nescit an ꝓphetice loquaꝫ:poterat ergo sine peccato dubitare ista mulier ꝛ non poterat sine peccato dubitare Sarra. ¶Scōa ratio differētie est quia Sarra simpliciter credidit eē falsum qō dicebaꝫ ꝛ impossibile:ió angelus reprehēdēs eam dixit q̄ non erat impossibile apud deū oē verbum nec difficile.ista aūt mulier non credidit impossibile eē qō dicebatur:ſꝫ nesciebat an diceret sibi ex intētione prophete vel solū ad letificandū eam:ió dixit noli mētiri.i.non dicas mihi mēdaciū ad letificandū me sed dic veritatē sicut intendis. ¶Tertia rō differētie pōt adiungi intelligēdo verba istius mulieris aliter sic intelligunt hebrei:

nam

lieri an peccauerit dicendo beliseo noli mentiri.

ℙPria opi.

Scōa opi.

Qō.25. A Sarra an peccauerit nō credēdo angelo se pariturā: ꝛ q̄re potius peccauerit ipsa q̄ꝫ mulier predicta.

Rño. B

ℙPria ōia iter icredulitatē sarre ꝛ huiꝰ mulieris.

Scōa rō.

Tertia rō.

Translatio hieronymi

Litera hebraica.

Qō.23 A Quare heliseus nunc loquutus ē ad mulierē ꝑ se ꝛ nō ꝑ giezi.

ℙPria rō.

Scōa rō.

Castitas caute seruāda est.

Qō.24. A Jsta mu-

nam dictio posita in hebreo vbi nos dicimus mentiri significat deficere:sic enim dr̄ Ysaie .lviij.ſ.eris sicut fons aquaꝝ cuius nō deficiunt aq̄:ꝛ in hebreo ponit ibi dictio que habet hic ꝓ mentiri.ꝛ sic est sensus noli mentiri vir dei.i.o vir dei si vis dare mihi filiū non des filiū mētiē tem.i.cito deficientē ſꝫ filiū durantē magno tpe.iste sensus pꝫ.ī.ná cum mortuus est filius huius mulieris dixit ad heliseū:nunqd petiui filiū a dño meo nunqd non dixi tibi ne illudas me.ꝛ sic vr̄ q ex hoc q filius mortuus erat cum vixisset pauco tpe putabat se mulier illusam:ꝛ tñ si ipsa dixisset noli mētiri dubitans solū an posset hr̄e filium non dixisset se nunc illusam postq̄ mortuus erat q̄ꝫ pauco tpe vixisset:ergo ipsa petyt in verbis istis filium magno tpe duraturum.ꝛ sic intelligendo non erat aliqua incredulitas mulieris nec poterat peccare:(ꝛ cō cepit mulier ꝛ peperit filium)q̄ꝫ vir esset senex deus ꝓtulit virtutē vt posset mulier ꝓcipere(in tēpore ꝛ in hora eadē qua dixerat heliseus)heliseus solū dixit de ꝓceptu ꝛ concepit mulier in illa hora.ſ.in illo tpe in quo dixit Heliseus q mulier esset fecūda fuit fecunda.ſ.in anno sequēti in eadē hora.ꝛ hoc nō refertur ad partuz: qꝛ non peperit in tpe assignato ab heliseo cum ipse nullum assignauerit:sed solum assignauit tps ad ꝓcipiendū.vel pōt intelligi q dixit de tpe ꝓceptus ꝛ partus:ꝛ tñ supra in littera solum fit mentio de conceptu.

† † ¶An mulier ista sunamitis naturaliter conceperit vel ꝑ miraculum:ꝛ de sex modis miraculosis pariēdi et quis eorum sit miraculosior. Qō.xxvj.

Qō.16. a **Queretur** an mulier ista ꝓcepit naturaliꝛ vel ꝑ miraculū. Aliqs dicet q concepit naturaliꝛ: nā in ista muliere nihil impediebat ad concipiendū nisi q erat vir suus senex:sic pꝫ ex verbis gie supra.ſ.filiū non hꝫ ꝛ vir eius senex est.ꝛ tñ pōt mulier iuuenis ꝓcipere de viro satis sene sicut fuit de abraā q non poterat gignere de Sarra qñ erat centū annoruꝫ qꝛ ipsa erat vetula:ꝛ tñ mortua ipsa cū eēt ipse vetustissimus centum ꝛ triginta ꝛ septē annoꝝ accepit iuuencu lam vxorē ꝛ genuit ex ea filios ſex.Geñ.xxv.ꝛ pꝫ b̄ qꝛ sarra erat minor Abraā annis decē.ſ.abraam erat centū annoꝝ ꝛ sarra nonaginta qñ natus est Ysac:vt colligit. Geñ.xvij.ꝛ.xviij. ꝛ.xxj. ꝛ tñ sarra vixit annis.cxxvij. Geñ.xxij.ergo tunc eēt Abraam annoꝝ.cxxxvij.ꝛ accepit ceturam in vxorē.Geñ.xxv.ergo ita poterat iste senex maritus huius sunamitis gignere ꝛ sic non est miraculum. ¶Respondendū est q aliqō miraculū fuit in cōceptione quā habuit ista mulier. Qō pꝫ quia Giezi reputauit non posse virū illius mulieris gignere pre senectute:ꝛ ob hoc voluit q heliseus oraret vt gigneret:ꝛ dixit filium non hꝫ ꝛ vir eius senex est.i.propter senectutem viri nō pōt ista mulier ꝓcipere naturaliter:ió expedit q ores pro ea. ¶Itē pꝫ qꝛ heliseus p̄dixit istā ꝓceptionē: si tñ olim naturaliter euenire nō p̄diceret. ¶Cum autē arguit q Abraam erat senex ꝛ non poterat gignere de sarra q̄ erat vetula ꝛ postea genuit de alia iuniori:dicendum q non est simile qꝛ q non posset abraā gignere de sarra nō prouenebat ex senectute sarre qꝛ Abraam accepit eam in ꝓiugē a virginitate sua:ꝛ tñ nūq̄ potuit ex ea gignere:sed erat hoc ꝑpter sterilitatē sarre:ideo cum abraā esset satis robustus ad gignendū ꝛ sarra non esset vetusta dixit ipsa q ꝓcluserat eam dñs ne pareret:ió q acciperet Agar ancillā suā i vxorē ꝛ accepit ꝛ genuit ex ea Ysmaelē Geñ.xvj.ꝛ postea accepit ceturam mortua sarra ꝛ genuit ex ea:ꝛ sic non erat difficultas gignēdi ex pte Abrahe ſꝫ ex pte vxoris principaliter. hic aūt solum ponit impedimentū ex parte viri cū dr̄ q senex eēt:ergo q fieret ꝓceptio miraculum erat.naꝫ vir huius sunamitis dato q accepisset aliquā iuuenculā non genuisset cū vxor sua non dicat vetula sed solū ipse:ꝛ tñ Abraam genuit prolem accepta vxore iuuencula:ergo nō erat in Abraam sicut in isto viro ꝛ sic esset hic miraculum.

Ad rōnē in oppositōez

Scōa rō.

Prīa rō.

si non peccasset Jheu quāc̄ mali eēnt sicut posteri Dauid non fuerunt priuati regno q̄c̄q̄ qlibet eor mereret priuationē. ¶Ad scḋm dicēdū q si filij iheu oēs fuissent valde boni non priuati fuissent regno etiā si pater eorū peccasset: qr vt dictū est peccatū vtrorūq requirebaf: z tñ principalius fuit ad hoc peccatū iheu q̄c̄ filior suorū: vt declaratū est. ¶Quereſ vlterius quare datum est ipsi iheu q filij sui sederent sup tronū israel z non pluribus tpe nec maiorū. ¶Rñdet ra. Sa. q sicut fuerūt q̄tuor reges de domo achab. s. Amrri achab Ochozias z Joram: ita futuri erant quatuor reges de domo Jheu. s. Joathas Joas z Hieroboā z Zacharias ¶Sed dicendum q non stat. Primo qr non est verū q fuerūt q̄tuor reges de domo achab: nā Amrri nō fuit de domo achab cum fuerit pater Achab sed potius achab fuit de domo amrri: cū filij dicantur esse de domo z familia patrum. Secundo nō stat: qr dato q esset Amrri de domo achab non est similitudo: qr in tota progenie illa fuerunt solum quatuor reges: z tñ in progenie iheu cū ipso iheu fuerūt quinq reges. s. q̄tuor filij sui z ipse. Tertio non stat: quia non est aliqua ratio inducens hoc: nā dato q in progenie achab essent quatuor reges nō sequebaf q in progenie Jheu totidē futuri essent: quia vna progenies non dependet ex alia nec merita vnius ex meritis alterius. Quarto non stat: qr ista ꝓparatio est irrationabilis: nā Achab nō fecit aliqd bonū propter qd maneret regnū in domo sua saltē vsq̄ ad duas generationes sed post peccauit nimis sup oēs reges qui fuerant ante eū p̄cedēti li. c. xvi. z. xxi. ideo p̄nūciata est destructio domus eius ita vt nihil oio maneret de posteritate sua nec de amicis z notis eius p̄cedēti li. c. xxi. z p̄cedēti. c. z supra in lra Jheu tñ fecit aliqd valde bonū qd a deo nimis laudatū est z propter illud debebat dari regnū posteritati eius p aliquot generationes. etiā non fuit similitudo. nā tota progenies achab deleta est: z tñ non fuit deleta progenies iheu sed solū occisus fuit quartus successor suus z mansit progenies sua fine regno. j. xv. nam ibi non dicit de aliqua destructione domus Jheu: ideo ista positio non stat. ¶Alī quis dicet aliter. s. q vsq̄ ad quartā generationē solum datū est Jheu q regnarent filij eius: quia istud datum fuit ei in penam vt declaratū fuit supra cum als regnus suū duraturū esset in eternū: pene tñ pro peccatis patrū non extenduntf nisi vsq̄ ad quartā generationē ad plus vt pz exo. xxxiiij. z nu. xiiij. s. qui reddis peccata patrū in filios vsq̄ in tertiā z quartā generationē: ergo non potuit plus puniri iheu q̄c̄ vsq̄ ad quartā generationem. ¶Dicendū q hoc non stat: qr quāc̄q̄ fuerit introductū in penā Jheu q regnū suū non esset eternū z tñ q duraret vsq̄ ad quartā generationem non erat penale. ¶Pro quo sciendū q durare regnū Jheu vsq̄ ad quartā generationē pōt dupliciter intelligi. s. q duraret vsq̄ ad q̄rtā generationē non negando vlteriorē durationē vel q duraret vsq̄ ad quartā generationē. i. q non duraret plus q̄c̄ vsq̄ ad quartā generationē accipiendo primo modo non est penale: accipiendo scḋo mō est pena ideo nullo mō applicaf ista rñsio: qr in penis filior pro patribus q extendanf vltra quartā generationē grauatorū est z tñ q peccante iheu extenderef regnū suū vsq̄ ad decimā generationē potius erat fauorabile q̄c̄ q extēderef solū vsq̄ ad quartā ideo non fuit propter hanc cām. ¶Sed dicendū est q deus voluit q extenderef vsq̄ ad quartā generationē: qr ly pctū iheu mereref q nunq̄ bret regnū: tñ bona opera sua q̄ fecerat anteq̄ peccaret merebanf q extenderef regnū suū vsq̄ ad q̄rtā generationē: z qr non fuerūt maioris meriti non fuit regnū suū plus dilatatū (non. n. recessit a peccatis Hieroboā qui peccare fecerat israel) peccatū Hieroboā fuit fabricare vitulos z colere illos z cogere populū ad colēdū p̄cedēti li. c. xij. z. xiij. sic etiam Jheu coluit semper vitulos illos. (In diebus illis) hic ponitur scḋm huius ptis. s. retributio p peccatis: nā deus afflixit ipsum iheu z israelitas qr colebant ydola z dr (in diebus illis). s. viuente iheu z colente vitulos (cepit dñs tedere sup israel). s. pctā israelitarum erant iam tam grauia q deus nō poterat tollerare illa z fuit istud tediū sup totum populū: quia totus populus cū rege suo declinauerat ad ydola (pcussitq̄ eos azael in vniuersis finibus israel) azael erat rex sirie qui victus fuit in regem sirie regnante Joram filio Achab in israel supra. vij. z ipse habuit bellum cum Joram in ramoth galaad z vulneratus fuit ibi Joram eo. c. (a ior dane contra orientale plagaz) dixerat supra q percusserat Azael omnes terminos israel: z quia non fuerūt oēs ponitur hic qui fuerunt scilicet a iordane contra orientalem plagam terre israel. ex hoc patet q solum percussa fuit nunc terra duarum tribuū z dimidie scilicet Rubē z Gad z dimidie tribus manasse que fuit terra duorum regum amoreorum Seon z Og deut. ij. z. iij. nam terra nouem tribuum z dimidie habet iordanem pro termino orientali nume. xxxiij. due autem tribus z dimidia habent terrā suam ad orientalem partem iordanis nume. xxxij. z Josue. i. vnde due tribus z dimidia dixerunt ad nouē z dimidiam q iordanis erat terminus inter terram eor Josue. xxij. z nunc Azael solum percussit terrā illaz: quia ipsa erat propinquior sirie q̄c̄ alie partes terre israel cum siria sit partim orientalis z partim septentrionalis ad terram israel (omnem terrā galaad) est terra galaad ad orientalem partez iordanis z est valde pascualis: ideo due tribus z dimidia que habebant substantiam suam in pecoribus petierunt terram illaz a Moyse nume. xxxij. z nominatur ista terra Galaad: quia adiacet monti galaad. est autem mons galaad ad orientē iordanis z vocatus est galaad a Jacob. i. aceruus testimonij: quia ibi ipse z socer suus Laban inierunt fedus z posuerunt cumulum magnū lapidum in testem Gen. xxxi. (z Gad z Ruben z manasse) terra galaad non distinguitur a terra Ruben z manasse z Gad: quia medietas terra galaad data est tribui Ruben et Gad z alia medietas data est dimidie tribui manasse deut. iij. ideo oportet q ponatur hic z pro idest expositiue z non copulatiue sicut multotiens ponitur. ¶Aliter potest dici z melius q quāc̄q̄ terra galaad non distinguatur a terra Ruben Gad z manasse: quia tota est intra terminos istarum tribuum z cū iste due tribus z dimidia habeāt maiorē terram q̄c̄ sit terra galaad cum galaad sit quedā pars regionis illius: ideo ponuntur hic terra manasse z Rubē z Gad pro aliis partibus terre istarum duarum tribuum z dimidie que sunt preter galaad (ab aroer que est super torrentē Arnon) Aroer est quedā ciuitas in terra duarū tribuum z dimidie z est in sorte Rubē vt patet Josue. xiij. z ista est vltima versus orientē in tota terra israel. Ideo semper ista ponitur pro termino orientali terre illius: vt patet nume. xxi. z deu. ij. z. iij. z Josue. xiij. z sup. ij. lib. c. vltimo. Arnon est nomen cuiusdam scopuli diuidentis terrā Moab a terra duarū tribuū z dimidie siue a terra amoreorū nume. xxi. s. siquidē arnō terminus est Moab diuidēs Moabitas z amoreos z ibi dicit castrametati sunt contra Arnon q̄ est in deserto z prominet in finibus amorei: prominere non pertinet nisi ad scopulos. Alio modo arnon accipitur pro quodam fluuio diuidente terram Moab a terra z fluit ille riuulus ad latus terre Moab et finitur in lacum asphaltidem idest in mare mortuum vbi fuerunt quondaz quatuor ciuitates sodomorum vt ait Josephus. iij. antiquitatum z hoc etiam innuitur nume. xxj. cum dicitur sicut fecit in mari rubro sic faciet in torrentibus Arnon scopuli torrentium inclinati sunt vt requiescerent in arnon. z ita accipitur hic quia dicitur super torrentē arnō. est enim ista ciuitas aroer iuxta fluuium arnon in valle: sic enim patet supra. ij. lib. c. vlti. s. venerunt in aroer ad dextrā vrbis que est in valle Gad (z galaad z Basan) i. ab aroer vsq̄ galaad z basan percussit Azael rex sirie z ponitur Aroer pro termino orientali z galaad z Baasam pro termino orientali: z oportet q assumantur isti duo termini inclusiue scilicet galaad z Basan: nam a mbe fuerunt percusse quod patet quia tota terra a iordane contra orientalem plagaz fuit percussa per Azaelem

Alia rñsio aliorum.

Nōne pce.

Cōfutatio.

Rñsio auctoris.

† B Terra Galaad an sit distincta a terra rubē.

† C Aroer ciuitas quedā.

vt patet in lra r tñ terra Basaam r galaad est ad orientalē ptē iordanis cū sit in terra duaꝝ tribuum r dimidia deu.iij.r illa tota est ad orientalē ptē iordanis nu.xxxij. r Josue.j.¶Sciēdū aūt q terra basaam erat q̄dā terra spālis in terra duaꝝ tribuū r dimidie q̄ hēbat ciuitates sexaginta deu.iij.r Josue.xiij.r ista terra data fuit in sorte dimidie tribui manasse r cū ea accepit medietatem terre galaad r alias vrbes vt pz eisdē capl̄is. ¶Quer̄ quō dr̄ hic q cepit dñs tedere sup israel.nā vr̄ q nullo mō possit stare qr aut accipiet̄ ꝑprie tedere aut large. si enim ꝑprie non pōt deus hr̄e tediū qr non est passio ista potens cadere in deo cum sit passio animalis.si large ꝓout est odisse malum non solum deus habebat tedium sup israelitas ex nūc sed etiā a principio quando fecerunt vitulos aureos r continuauerūt in cultu eorū. ¶Rñdendū q cepit deus hr̄e tediū sup israel nō ꝑprie sed large r tñ hr̄e tedium large non est odisse solum id qō malū est sed cū quis odit malum in portabiliter iam non potens sustinere. Sic enim deus a principio israelitas colētes ydola exosos habebat r tñ pctā eoꝝ adhuc portabilia erāt r deus expectabat illos ad pniam nunc vero peccata eoꝝ puenerāt ad tātā magnitudinē q deꝰ non poterat sustinere qn puniret eos r non acceptabat opera eorū aliquo mō.sic.n.fuit qñ deus voluit ducere israelitas in babilonē nā tunc oia opa eoꝝ erāt ei molesta r non poterat ea tollerare vt pz Isa.i.f.kalēdas vestras r solēnitates vestras odiuit aīa mea facta sunt mihi molesta laborauī sustinens.sic etiam dixit malachias israelitis laborā fecistis deū in sermonibus vestris mal. ij.ita nunc erat de israelitis qr a principio peccatoꝝ suorum erant deo odibiles r tñ nō oino ꝑiecerat eos iō nō dicebaꝫ tedere eū sup illos.nunc aūt qr efficiebanꝫ ipoꝛtabiles dr̄ q cepit dñs tedere sup israel(reliqua aūt vero boꝝ ibeu r vniuersa q̄ fecit).f.multa alia fecit ibeu q̄ nō scripta sunt hic r habenꝫ in alio libro(r fortitudo eius) fuit ibeu vir pugnator nā erat audax nimis r tamē quia offendit deū in vitulis aureis induxit sup eum azaelem regem sirie r vastauit terram eius nec potuit sibi resistere(non ne hec scripta sunt in libro verborum dierum regum israel)scilicet omnia ista que fecit singulatim scripta sunt ibi:iste liber non habetur in sacra scriptura sed quis fuerit declaratū est precedenti lib.c.xiij.(r dormiuit ibeu cū patribus suis).i.mortuus est sicut oēs patres sui(sepelierūtq; eū in samaria)ista erat ciuitas metropolitana terre israel iō sepeliebanꝫ ibi oēs reges vt declaratū est p̄cedēti li.c.xvi.sic enim sepeliebanꝫ prius in thersa qr ibi fuit metropolis regni imediate post diuisionē regni r ibi regnauit hieroboā primus rex r ibi sepultus est p̄cedēti li.c.xiij.r postea oēs reges israel sepulti fuerūt ibi quousq; samaria edificata est ab Amrri pr̄e achab eo.li.c.xvi.r ex eo tpe amrri fecit samariā esse metropolē regni r sepeliebanꝫ ibi oēs reges(r regnauit Joathas filius eius ꝑ eo)iste fuit primus de q̄tuor successoribus quos deus ꝓmiserat ibeu dicēs filij tui vsq; ad quartā generationē sedebunt sup tronū israel r vltimus in quo regnū cessauit fuit Zacharias.j.xv.(dies autem quibus regnauit ibeu sup israel viginti r octo anni sunt in samaria)dicitur regnasse in samaria qr ly regnaret sup totum israel tñ attribuitur regnū sedi regni r qr samaria erat sedes regni dicebatur regnare ibi Jbeu.sic fuit de omnbus regibus israel quia omnes dicebanꝫ reginare in samaria r oēs reges iuda dicebantur regnare in Hierusalē quia vtrobiq; erat metropolis vt pz ex ꝓcessu precedentis libri r istius.

Qō.41. A Deū tedere sup israē an sit possibile.

Rñsio.

†

B Jbeu mors

†

†

†

¶Incipit capitulum vndecimum.

A ij. paralip. xxij.o.

Athalia vero mater ochozie videns mortuum filium suum surrexit r interfecit omne semen regium.Tollēs aūtē iosaba filia regis ioram:sororꝫ ochozie ioas filium.

Athalia. Descripto in pcedētibus regno legitime habito in sexu virili hic agit̄ de regno vsurpato in sexu mulieb̄ri.s.de regno athalie que occisis posteris suis regnauit r diuidit̄ in q̄tuor.¶Primo ponit̄ pdicta regni vsurpatio.scō legitimi regis ꝓstitutio ibi(anno āt septio.) tertio impijssime athalie occisio ibi(audiuit āt athalia) quarto regis assumpti federatio ibi pepigit igitur Joiada. ¶Queret̄ circa primū an ea q̄ habentur hic habeant ordinē ꝓtinuatū ad p̄cedētia r an fuerint imediate facta vel interiecto aliquāto tpe.¶Ad primū dōm q hic est ordo ꝓtinuus nā supra habitū est de occisiōe abazie regis iude quē occidit ibeu.s̄.ix.hic aūt agit̄ de eius successore:nā athalia successit abazie in regno qr ipa erat mr̄ abazie regis r vt cognouit illū occisuꝫ eē occidit ipa oē semen regium vt ipsa regnare posset r de eius regno agit̄ h̄ iō necesse est fuisse istud post illa.¶Ad scōm dōm q aut ista q̄ habenꝫ hic ꝓparanꝫ ad ea q̄ habentur.s̄.ix. aut ad ea q̄ habenꝫ p̄cedēti.c.si prio mō dōm q ista fuerunt facta imediate post illa qr supra.ix.dicitur de occisione regis abazie r tñ mox vt athalia cognouit mortuū esse Abaziam occidit omne semen regiū r incepit ipsa regnare vt colligitur hic r.ij.paralipo.xxi.r sic fuerunt ista immediate post illa.Si aūt comparentur ad ea que habentur p̄cedēti.c.dicendū q ista non fuerunt facta imediate post illa sꝫ fuerūt simul cū illis:nā athalia occidit semē regiū mox vt cognouit mortuū esse abaziā r tñ ista q̄ habenꝫ p̄cedenti.c.durauerunt aliquāto tpe in fieri post mortē ochozie de qua hr̄.s̄.ix.iō necesse est q ista r ea q̄ habenꝫ p̄cedenti.c.fuerint simul facta:qr tñ erant histozie diuerse.f.vna ptinēs ad regnū iuda r alia pertinens ad regnū israel r illa q̄ ptinebat ad regnum israel fuit pri⁹ incepta posita fuit illa p̄cedēti.c.r ista de occisione seminis regij ꝑ athaliā posita fuit hic(Athalia vero mater Ochozie)ista erat vxor regis Joram r fuit filia Achab regis israel.s̄.viij.c.r mortuo ochozia mānsit ipsa in regno.erat autem ipsa mater ochozie siue abazie qō idem est quia Ochozias habuit tria nomina.f.ochozias Joathas r Abazias vt declaratum est supra.ix.(videns mortuū filium suum).f.vidit Abaziam mortuū fuisse a Jbeu rege israel sup̄.ix.r.ij.paralip.xxij.(surrexit r interfecit omne semen regū).i.interfecit omnes qui erant de stirpe regia r poterant regnare.

¶Qui erant isti de semine regio quos occidit athalia r an essent filij sui vel nepotes. Qō.ij.

Queretur qō semen regiū occidit athalia. ¶Aliqs dicet q occidit filios r nepotes suos qr ochozias erat ante hoc rex iuda r ipse erat filius athalie iō semen regiū ptinebat ad fratres r ad filios eius.sed aliqs dicet q non qr non erat vllo mō credendus q athalia occideret filios suos vel nepotes. ¶Rñdendū q athalia non occidit nunc aliquē filiū suū quod pz quia athalia fuit vxor regis Joā r eo mortuo non accepit alium virū quia alias non manssisset ipsa regina iude r tamen moriente Joram minimus filiorum suorum erat Ochozias qui constitutus est in regem.ij. parali.xxij.ergo post ochoziā non habuit athalia aliquē filiū r si aliquē haberet fornicarie r occulte ille nō esset de eis de quibus dicitur hic qr hic occisi fuerūt qui erāt de semine regio.nō habebat etiā athalia aliquē filiū maiorem ochozia quia.ij.paralip.xxi.r.xxij.dr̄ q latrones arabum occiderant filios Joram maiores ochozie ideo ochozias minimus omniū in regem constitutus est.non ergo poterat habere athalia tunc aliquem filium q esset de semine regio r sic nullum filiū suū occidit hic.¶Bicendum aūt q occidit nepotes suos filios Ochozie.nā Ochozias rex iude filius Athalie habebat multos filios quorū quilibet poterat regnare r oēs illos occidit athalia.qō pz qr dr̄ hic q interfecit omne semen regium r tamen ochozias habebat filios vt colligitur hic.r.ij.paralipo.xxij.ergo nepotes suos occidit athalia.Scō patet quia

Qō.I. A An ordo cōtinuus sit.

Rñsio.

B An imediate facta sint post predicta

Qō.r. A

Pria opi.

Rño auctoris.

Scā rño.

Prima rō.

Scā rō.

quia Josaba abscōdit Joas filiū Ochozie si tñ Athalia nō occideret nepotes suos filios ochozie nō abscōdisset Josaba ipm Joas ergo occidebat nepotes. Tertio pz qz ij.pali.xxij.dr q athalia nō potuit occidere ioas qz abscōdit eū Josaba: ergo vr q si nō abscōdisset eū Josaba occidisset ipm athalia. Quarto pz qz hic q ioſaba furata est ioas filiū ochozie de medio filioz regis q interficiebanr: sed ochozias erat rex añ b ergo oēs filij ei⁹ interficiebanr r iste puulus abscōditus est. Quinto pz qz athalia occidebat semen regiū vt ipsa regnaret: r tñ si occideret semē regiū r nō nepotes suos nihil faciebat: qz nepotes sui cū eēnt de semine regio poterāt regnare. iō ēt si oēs alij occisi fuissent maneret regnū in nepotibus athalie r sic nō ꝓficeret ei occidere semen regiū. Sexto pz quia potius ipsa debuerat occidere nepotes suos ꝙm alios de semine regio: qz aliq erāt de stirpe ioza regis iu de q fuit maritus athalie r ad illos nō ptinebat regnum directe qz ochozias filius ioza regnauerat: iō regnū ptinebat iam ad filios suos r nō ad fratres suos: filij tamē ochozie erāt nepotes athalie. Ideo dom q athalia occidit oēs nepotes suos filios ochozie r ēt istū puulū Joas occidisset nisi abscōdit⁹ fuisset p Josabā: r putauit athalia nullū supfuisse de filijs ochozie: iō ipsa secura regnabat: r postea admirata est qñ puulus in tēplo cōstitutus fuit in regē r dixit ꝓiuratio ꝓiuratio.j.in lra. C Dicēdū etiā q athalia occidit alios de semine regio ꝓter nepotes suos. r isti erāt nepotes ioza mariti sui quos susceperat ex alijs vxoribus. nā ioza habuit multas vxores r suscepit ex eis multos filios: oēs aūt occiderūt latrones arabum ꝓter ochoziā minimū filioz r iste erat ex vxore sua athalia r iste regnauit. Alij tñ filij ioza q occisi fuerūt ab arabibus r philistinis reliquerūt filios: vt pz.ij.paralip. xxij. nā dr q regi ochozie ministrabāt filij fratrū suoz. r de istis occidit ibeu rex israel r q̄draginta duos viros q descendebāt ad videndū filios regis Achab ꝓcedēti.c. r manserūt de eis aliq r oēs illos occidit Athalia. nam principaliter occidit nepotes suos filios ochozie qz ad illos directe veniebat regnū: qz tñ si istos soluz occidisset manebāt alij de nepotibus ioza ad quos regnū devolvebatur. Voluit etiā occidere illos vt nullus eēt de stirpe regū iuda ad quē posset regnū puenire. C Aueretur vlterius qūo athalia potuit occidere oēs de semine regio r q̄re illos occidit. C Ad primū dom q Athalia fuit impissima: r dū sciret mortē filij sui ochozie deducto cadauere in Hierusalē dū deberet vacare funeri Ochozie imaginata est malū de occisiōe seminis regij: r tunc cuz populus esset vacans funeri regio r non attenderet ad aliō ipsa habuit opportunitatē ad occidēdū semē regiū qz nullus tūc resisteret nec aduerteret cū oēs tūc funeri intēderent. Fuit ēt alia opportunitas: qz athalia cū esset mater Ochozie manebat in domo regia vbi erant oēs filij regis r alij cognati eorum filij regis Joza r sic poterat ipsa nullo aduertēte occidere oēs. Fuit tertia opportunitas: quia cum esset Athalia mater Ochozie nullus de populo potuit suspicari q ipsa tantam crudelitatem agrederetur. s. occidendo nepotes suos: iō nō curauit populus ponere diligētiā sup filios regis illico vt mortuus est Ochozias: sed prius voluerunt celebrare funera deinde electionē r interim ipsa athalia occidit oēs qui poterāt ꝓstitui vel eligi in regem. C Aueret vlterius ad qd athalia occidit oēs de semine regio. C Dicenduz q ipsa fecit hoc vt regnaret: nā si nūc summeret in regē alios de nepotibus suis desineret ipsa esse regina: r tñ ipsa desiderabat nimis principatū: iō voluit occidere oēs vt ipsa regnaret. r sic fcñ est: nā occisis oibus de semine regio ipsa regnauit p sex annos quousqz ioas ꝓstitutus est in regē ipsa nesciēte r tūc ipsa occisa est a populo. j. i lra. C Sed tūc dicet qūo putabat athalia q ipsa poterat regnare q̄m occideret oē semē regiū. C Dicēdū q si viueret aliq de semine regio athalia putabat se nō posse regnare: qz ppls vellet instituere in regē illū ad quē de iure regnū ptinebat r nolet sustinere imperiū mulieris: cū aūt nullus eēt de semine regio cū populus non bret quē institueret poterat ipsa manere tāq̄m regina. C Sed adhuc dom q in hoc fuit nimis audax r temeraria: qz credere debebat q populus nolet eā tenere in dominā pp multa. ꝓmio qz erat femina r dedecus ppli erat q sola femina eēt ꝓnceps. Scō qz ipsa erat de semine achab: r viri iuda hēbāt exosum totū semē achab: qz p pgeniē illam multa mala eis euenerāt. s. qz domus achab fuit q erudiuit reges iuda ad malū r ob hoc passi sunt viri iuda multa mala ꝓpter pctā regū suoz sicut fuit tpe Joza q pessimus fuit ꝓpter cōiugationē cū progenie Achab: r ob hoc deus immisit hostes in terrā iuda r vastauerunt magnā ptē eius r abstulerunt thesauros domus dñi r domus regis vt pz.ij.paralip.xxj. Tertio erat exosa ipsa athalia viris iuda quia occiderat oēs de semine regio: iō lz als posset ꝓpetere ei ius regnādi nō pmitterēt viri iuda. Quarto qz viri iuda insurgerent in eam tanq̄m in nō habentē adiutorē: nā ipsa non erat de pgenie regum iuda sed regū israel. s. filia achab r oēs de pgenie sua occisi fuerāt iam p ihēu: vt pz ꝓcedēti.c. iō nō hēbat aliquē adiutorē. Incitata tñ fuit ad faciēdū hoc ex nimio desiderio regnādi r habuit ad hoc duo q̄ ipsam aliqualiter adiuuabāt. ꝓmū fuit qz populus nō hēbat quē posset constituere in regē: si enim habuisset aliquē pugnaret p illo r occideret athaliā: non habēs tñ aliquem cessaret r dominaretur ipsa athalia. Secundū fuit quia tota potestas domus regie manebat nunc penes athaliaz: ipsa. n. gubernabat palatium regis dum filius suus Ochozias iuisset ad videndum Jozam regē israel quia erant oēs filij ochozie paruuli: r tunc cum exercitus esset in manu eius r faueret ei quia forte ipsa ꝓmittebat magna r dabat populus non potuit resistere ei: r sic mansit regnans in terra annis sex quousqz Joiada pontifex vnxit in regem Joas filium Ochozie.

C Qūo potuit eē tāta crudelitas athalie q occideret nepotes suos vt ipsa regnaret: r de ferocissimis desideriȝ feminarum. Qō.v.

Aueretur vlterius qūo potuit esse tāta crudelitas athalie vt occideret nepotes suos cum nihil nocuissent ei. C Respondenduz q quā̄q̄ haberet ad eos magnum nexum dilectionis propter consanguinitatem: tamen maior fuit regnandi cupiditas ideo mouit eam vt occideret illos. habent enī hoc proprium femine q quecunqz desideria passionalia fortiora sint in eis q̄m in viris. hoc aūt contingit propter minorem resistentiam ex defectu iudicij: nam est in eis fantasia debiliter fixa cum vix habeant opinionem vniuersalem r quasi non sint proprie incōtinentes sicut nec bestie: vt declarat aristoteles. vij. ethicoruz r sic facilius r durius inclinanr ad quodcūq̄ maluz q̄m viri. pz enim de desiderio passionali ire: nā tantum calorē iracundie concepit medea ꝓtra Jasonem virū suum vt coza eo occideret filios suos r Jasonis vt sic contristaret Jasonez quē aliter offendere nō poterat: vt patet in tragedia septima senece cuius titulus est medea. ꝓatet ēt de desiderio libidinis: nam medea tantū dilexit Jasonē virum alienigenam q oēs thesauros patris sui ei prodidit r fratrem suum paruulū occidit r in frusta cōminuēs mēbra eius sparsit p agros vt pater suus oethes colligendo illa moraretur r non posset consequi eam fugientē cuz Jasone: vt ait Ouidius in libro heroidum in epistola medee ad Jasonē r idē in septimo methamorphoseos. De desiderio ēt regnādi pz: nā semiramis vxor Nini regis Babilonis tanto desiderio regnādi rapta est vt mortuo Nino regno trāseunte ad filiū suū Niniam ipsa maneret sine regno: induxit filium vt eam in vxorem acciperet qō r ille paruulus suasu matris fecit sed cum diu maneret cum ipsa in actu matrimoniali tantum facinus perhorrescens ad quod ipsa illum induxerat ipsam occidit. illa tamen non erubuit filium in maritum petere r accipere vt regina maneret. Addidit etiam aliam turpitudinem vt suam colloraret inhonestatem lege statuens q cuilibet femine liceret filiū suum in maritum accipere. sic ait Paulus orosius primo li. de ormesta mundi. Sic igitur

Tertia rō.

Quarta ratio.

Quinta rō.

Sexta rō.

Tertia rñsio.

Qō 3. A Athalia q̄mó potuit occidē oēs de semine regio.

Rño.

ꝓma opportunitas.

Secunda.

Tertia.

Qō.4. A Athalia q̄re occidit oēs ō semine regio.

Rño.

Dubitatio

Rño.

B Athalia nimis audax r temeraria fuit.

ꝓmo.

Secundo.

Tertio.

Quarto.

Qō.5. A Rñsio.

Mulieres maxie movenr a passiōib⁹ r esti ciunr icōtinentes vt belue.

De medea

Femie crudeles.

De semira mi.

Femine cupide regnādi.

Athalia nunc tanto desiderio regnādi succensa est vt nō erubesceret nec horresceret nepotes suos occidere. maiusq; fuit regnādi desideriū q̄z viscera pietatis ꝛ eēt magna sanguinis ꝓpinquitas (tollens aūt Josaba filia regis Joram) ista Josaba vocatur alio nomine Josabeth ij. paralip. xxij. ista erat filia regis ioram ꝛ erat vxor Joiade summi sacerdotis: nam summi sacerdotes erant viri potentissimi in populo post regem ꝛ erant magne dignitatis: ideo accipiebant filias regum in vxores sic patet. ij. paralipo. xxj. erat autem ista soror Ochozie regis iuda qui nunc occisus fuerat ideo erat in palacio regis ꝛ nūc quando occidebantur mandato athalie filij regis ipsa cōdoluit Joas paruulo filio Ochozie (Joas filium Ochozie) non accepit alium de filijs Ochozie quia non occurrit sibi accipere alium: omnes enim liberasset si potuisset cū essent filij fratris sui (furata est eum de medio filiorum regis qui interficiebantur). s. de medio filiorū Ochozie qui ante hoc fuerat rex ꝛ multos alios habebat filios: ꝛ tamen alij occidebantur ꝛ iste nōdū erat occisus: quia cum esset paruulus lactens nō respiciebatur ad ipsum sicut ad alios maiores. non eni erat vnius anni quando occidebant alij fratres sui ꝛ ipse liberatus est nam ipse cepit regnare anno suo septimo. s. nondū completo. ij. paralip. xxiij. ꝛ tñ athalia regnauit annis sex super terram ꝛ totidem fuit Joas absc̄ditus in templo: vt patet. j. in littera ꝛ sic nō habebat annū plenū quādo absc̄ditus est vel saltē non habebat plusq̄z vnū annum ideo nutrix eius abscondita fuit cum eo in templo: quia adhuc indigebat nutrice cū adhuc esset lactens: in hebreo dicitur (de medio filiorum regis interfectorū) sed dicunt interfecti. i. qui interficiebant: nam nondum interfecti erant omnes quia tunc non potuisset rapi Joas (ꝛ nutricem eius). i. nutricem Joas: q; erat Joas puulus ꝛ indigebat adhuc nutrice sicut supradictum est (de triclino) triclinij dr̄ esse domus in q̄ sunt tres ordines lector̄ vel mensarum: sic enim accipitur supra. i. li. c. ix. cum dicit q; Samuel introduxit Saulem in triclinio ꝛ dedit ei locum in capite illorū qui fuerant inuitati. ꝛ sic dicitur hic in hebreo in camera lectorum: triclinium autem specialiter significat tres ordines acubitus siue super mensas siue super lectos ꝛ. ij. paralipo. xxij. ponitur sicut in hebreo scilicet in cubiculo lectulorum. littera significat hic q; fuerit Joas assumptus de triclinio ita q; triclinium esset in domo regis: debet tamen accipi q; triclinium esset in templo ꝛ debet referri ad verbū abscondit scilicet q; abscondit eum in triclinio ꝛ non ad verbū accepit sic patet. ij. paralip. xxij. cum dicitur abscondit q; eum in cubiculo lectulorum. hic tamen deberet esse in: ꝛ ponit de: quia forte fuit error librariorum (ꝛ abscondit eum a facie athalie) si enim athalia sciuisset q; ille supererat persecuta fuisset eum vsquequo occideret: ꝛ tamen ignorauit putans q; nullus supereſſet de progenie regali. (eratq; cum eo in domo dñi clam sex annis). s. nutrix Joas mansit sex annis cū ipso Joas in tēplo abscondita nutriendo eum semp secrete (porro athalia regnauit sup terram). s. regnauit istis sex annis q̄bus fuit absc̄ditus Joas: nā in septimo anno ipse vnctus est in regem ꝛ illa occisa est vt patet in littera.

¶ An Josaba bene fecerit abscondendo Joam: ꝛ an peccaret non faciendo. Qō. vj.

Queretur an Josaba que abscondit Joas filium regis bene fecerit. ¶ Rñdendū q; illa bene fecit propter multa. Primo quia ioas erat puer paruulus innocens ꝛ iniuste volebat eum occidere athalia cū ceteris. Scōo quia faciebat misericordiā magnā iosaba in stirpe Dauid: nā si nunc occisus fuisset iste ioas non manebat aliquis de stirpe regia q; posset regnare ꝛ sic cessaret regnū in stirpe Dauid. deus tñ ꝓmiserat regnū in sempiternū in stirpe Dauid: ideo ista liberando ioas adiuuabat diuinā dispositiōez vt ꝓpleretur. Tertio q; iste puulus erat filius fratris iosabe. s. ochozie ideo saltē propter magnā sanguinis ꝓpinquitatē tenebatur ei. ¶ Dicendū etiā q; non solū bene egit sed etiā male fecisset non liberādo ioam a morte iosaba.

Qui pt liberare inocētē a morte ꝛ nō liberat peccat mortaliter ꝛ excōicat.

Qō. 7. A Deꝰ q̄re permisit istos occidi.

Rñsio.

Qō. 8. A Deꝰ q̄re liberauit ioās iter fratres eius.

Rño.

C Joas filius ioāz de medio fratrum interfectorꝝ absconditꝰ.

Qō. 6. A Prima rō. Scōa rō. Tertia rō.

le egisset si non liberasset eū: q; qlibet tenetur liberare a morte innocentē in quātū pōt: ꝛ si liberare pōt ꝛ nō liberat homicida est ꝛ si fingit q; nō potest: si tñ pōt semper peccat sic p3 puer. xxiij. s. erue eos q; ducunt ad mortez ꝛ q; trahunt ad interitu3 liberare ne cesses si dixeris vires non suppetunt q; inspector est cordis ipse intelligit ꝛ seruator̄ aie tue nihil fallit reddetq; homini iuxta opera sua. Ideo cum pro occisione alicuius excōicant occisores ēt excōicant illi q; potuerūt liberare a morte eū q; occisus est ꝛ nō liberauerūt: sic fuit in occisiōe sancti thome cantuariensis: vt patet extra de homicidio. c. sicut dignum. Scōo peccaret iosaba ꝓtra legē cōsanguinitatis quia ille paruulus erat filius fratris eius: ꝛ tenebat sibi spāliter propter consanguinitatē succurrere. Tertio peccaret contra totū regnum: quia cum posset regē legittimum excusare a morte non excusabat: sed videbatur fauere athalie ad hoc q; vsurparet regnū. Dicendū etiaz q; iosaba obligauit sibi totum regnū iuda ꝛ stirpem Dauid ad magnū bonorē sibi impendendū: nam ipsa liberauit regez a morte alioquin occisus fuisset cum ceteris filijs Ochozie ꝛ non mansisset aliquis de stirpe regia: ideo credendū est q; omnes de progenie Dauid ꝛ viri de regno iuda nimis bonorauerint postea Josabā vel impenderint ei aliqō speciale beneficiū. Sic enim fuit de ioiada summo sacerdote viro eius qui vnxit ioas in regem: ideo ipse sepultus est in sepulchris regū iuda: q; restituerat regnū regibus iuda. ij. paralipo. xxiij. ¶ Queretur vlterius q̄re deus ꝓmittebat q; oēs isti de semine regio occiderent. ¶ Rñdendū q; fuit permissio iustissima: nam reges iuda fuerant deprauati nimis sequēdo viam domus Achab: ideo merebantur exterminari sicut domus Achab. Joram. n. filius iosaphat secutus est viā domus achab cū haberet vxorē filiā achab. s. viij. ꝛ. ij. paralipo. xxj. ideo deus misit multa mala in eū q; mortuus est langore turpissimo: ꝛ non solum ipse sed ēt eo viuente oēs filij sui occisi fuerunt a latronibus arabū ꝛ philistinorꝝ qui inuaserunt terrā iuda. ij. paralipo. xxi. ita ergo Ochozias filius ioram secutus est viā domus achab: ideo deus voluit disperdere eū ꝛ ob hoc incitauit ipsum vt descenderet ad videndū ioram regē israel ꝛ occideretur ibi cū eo a ihēu. ij. palip. xxij. sicut ergo ꝓpter peccata ioram oēs filij sui occisi fuerant ita etiā propter peccata Ochozie fecit vt occiderent oēs filij sui ꝛ non solū occisi sunt nunc filij ochozie sed ēt filij fratrū eius qui manserant: cum tota domus ioram deleta fuerit. ij. parali. xxij. ꝛ ratio est quia patres istorum declinauerant ad viaz domus Achab ꝛ etiam ipsi. nam quadraginta duo viri de filijs fratrum Ochozie occisi fuerunt a ihēu cum irent in samariam ad videndū filios achab: vt patet precedenti c. ꝛ. ij. paralipo. xxij. ita ergo ꝛ alij qui manserunt ex eadem causa occisi sunt. Sciendum etiam q; ista permissio ex parte dei fuit valde iusta: quia non solum perierūt omnes de stirpe ioram ꝛ ochozie: quia secuti fuerant istū domū achab sed etiā perierūt ꝓ manum domus achab. nam athalia que occidit omnes istos erat filia achab. s. viij. ꝛ. ij. paralipo. xxi. ꝛ. xxij. ꝛ iste est modus quo deus punit damnatos in inferno. s. quia demones q; suaserunt eis peccare sint eorum tortores iuxta illud vt eosdem habeant in pena tortores quos habuerunt in culpa incentores. ꝛ tunc plenissime euenit id qō dicitur sapiē. xi. per que quis peccat per hec torquetur. ¶ Queretur vlterius q̄re deus fecit q; liberaret iste puulus inter filios Ochozie. ¶ Rñdendū est q; peccatū ochozie merebatur q; iste cū ceteris filijs eius occideret: ꝛ tñ deus noluit occidere ipsum ꝓpter Dauid: naz deus ꝓmiserat ei q; daret sibi sedentē sup tronū suū in eternū. si tñ iste occisus fuisset nō mansisset aliqs de progenie Dauid qui regnaret: ideo voluit deus istum a morte eripere. sic eni fecit q̄ mortuus est Josaphat: nam filius ioram nō merebat habere regnū iuda ꝛ deus incepit disperdere euz sed noluit oīno disperdere vt daret lucernam Dauid. s. viij. c. hoc aūt fuit q; deus fecit q; occiderentur oēs filij ioāz ꝓ latrones arabū ꝛ fecit minimum eoꝝ ochoziam liberari

berari ꝛ sic manebat lucerna Dauid.ij.paralipo.xxi.

Cō.9. A Joas in q̄ pte domus dñi abscon dit⁹ fuit sex annis.

¶Queret vlterius quō fuit Joas absconditus in domo dñi sex annis.s.in qua pte domus dñi fuit.¶Rñdēt q̄dam hebrei de qbus est iRa.sa.q̄ fuit absc̄ditus intra sancta sanctoꝝ:ꝛ pp hoc dicit q̄ postea pmisit se adorari nā nō poterat ibi aliqs manere qn morer̄:ꝛ qz ipse mā fit ibi sex annis ꝛ nō lesus est reputauit se deū ꝛ dignum adoratiōe ꝛ sic pmisit se adorari:vt p3.ij.parali.xxiij.s. postq̄3 aūt obijt ioiada ingressi sunt p̄ncipes iuda ꝛ adorauerūt regē:ꝛ istā dicit esse cām pditionis sue.¶Sed ista positio est falsa.¶Rio qz dicit q̄ fuit ioas absc̄ditus in sancta sanctoꝝ:ira tñ dicit q̄ absc̄ditus fuit in camera vel cubiculo lectulorū.ij.pali.xxij.ꝛ sic hꝫ in hebreo: ꝛ tñ intra sancta sanctorū nō erant aliqui lectuli:qz solū erat ibi archa federis ꝛ duo cherubin de oliuis operientes archā:vt colligit̄ p̄cedēti li.c.vi.ꝛ.vij.ꝛ.ij.parali.c. iij.ꝛ.vi.ergo nō fuit intra sancta sanctoꝝ.Scō p3 hoc: qz Joas non fuit absc̄ditus in tēplo nisi vt maneret ibi secretus ꝛ securus.ꝛ tñ multe alie ptes erāt in tēplo preter sancta sanctoꝝ in qbus poterat absconditꝫ ꝛ secure manere Joas:ió non est credēdū q̄ summus sacerdos vellet ponere eū in sancta sanctorū ad quē locū nulli hominū licebat intrare nisi summo sacerdoti semel in ānno.Tertio p3 qz si Joas absc̄dereť intra sancta sanctoꝝ nō poterat eē cōueniēter absc̄ditus:qz locus sancti sanctorū patebat oībus qz erat a fronte portę templi:vt p3 p̄cedēti li.c.vi.ꝛ.ij.pali.c.iij.ió nō poterat ꝓuideri absconditꝫ nutrici ioas ꝛ ipsi ioas si manerēt in sancta sanctorū:qz aliqñ appareret qūo summus sacerdos intrabat illuc ad ꝓuidēdū eis multa āt alia latibula erāt in tē plo sicut declaratū est p̄cedēti lib.c.vi.in qbus magis absc̄ditus poterat eē Joas q̄3 in sancta sanctoꝝ.Quarto p3 corrolariū suū esse falsum.s.q̄ ioas crederet se deū ꝛ p̄mitteret se coli qz fuerat illesus in sancta sanctorū p sex annos:nā istud erat ridiculū opinari:qz ioas sciebat se hoiem ꝛ genitum ex hoie:ideo nō poterat credere se esse deū l3 p superbiā posset se vocare deum sicut multi hoium se deos vocauerūt.Sic enim fuit de Nabuchodonosor q̄ noluit in tota terra coli aliū deū nisi se ipsum: vt p3 iudich.i.¶Quinto p3 qz si ꝓpter hoc ioas diceret se deū eodē mō nutrix sua posset se deam appellare: quia etiam ipsa mansit ibi sex annis:ꝛ tñ nō ꝓpter hoc vocauit se deā.Sexto p3 quia Joas non permisit se adorari: nam cū dr̄.ij.paralip.xxiij.q̄ ingressi p̄ncipes iuda adorauerunt regē:non accipitur ibi pro adoratione latrie q̄ debetur deo:sed pro adoratione que hominibus impendit:ꝛ sic dr̄ q̄ vnus homo adorat aliū quando se humiliat coram eo:ꝛ iste modus loquēdi frequentatus est in veteri testō.¶Sed dicendū est q̄ fuit ioas in tēplo dñi: nō qdem intra sancta sanctorū sicut voluit ra.Sa.nec ēt in prima parte ministrantiū que vocabať sancta in qua erat altare thimiamatū ꝛ alia vasa quia ibi non poterat latere:sed fuit in aliqua de domibus absconditis tēpli: nā super templū.s.sup primā camerā erant due alie camere extente secundum totā longitudinē templi:vt declaratū est precedenti lib.c.vi.ꝛ ibi ponebantur thesauri sanctuarij ꝛ nullus accedebat ad cameras illas:ideo ibi poterat securius manere ꝛ magis absconditus cum ille essent in parte superiori templi:ꝛ ibi nō solū populares non viderent filium regis sed etiā nec ipsi sacerdotes ꝛ leuite nisi quibus p̄mitteret Joiada sacerdos magnus.

Cō.10. A Joas an licite potuerit teneri a ioiada i tē plo cū esset laicus. Rñsio.

¶Queret vlterius quomodo licuit ioiade ponere in templo paruulū ioas ꝛ nutricē suā qz nō licebat ibi manere laicis:potissime quia non solū manebant ibi Joas ꝛ nutrix sua aliquanto tpe sed manebāt ibi nocte ꝛ die dormiendo ꝛ sumēdo cibum.¶Respondendū q̄ istud non erat simpliciter licitum:ꝛ tamē fuit nunc licitū ꝓpter necessitatem:quia ioas erat in periculo mortis nisi absconderet in templo.laicos aūt manere ibi nocte et die non erat p se malū sed solū ex prohibitione dei:ꝛ qz precepta nō obligant in necessitate potuit licite manere Joas in templo cū nutrice sua.Sic enim fuit de dauid qui q̄n esuriuit petiuit panes ab achimelech: ꝛ dedit ei panes propositionis de quibus non licebat alicui comedere nisi sacerdotibus ꝛ tñ ꝓpter necessitatem fuit licitū ei comedere vt p3.ē.j.li.c.xxi.ꝛ xp̄s approbauit istud factum qz erat ex necessitate ad.Matth.xij.ꝛ luc.vi.ita ergo erat de ioas ꝛ adhuc maior necessitas erat hic:naz ioas si non absconderetur in templo moreretur:ꝛ tamen Dauid etiam si nō accepisset panes propositionis nō moreretur qz poterat comedere de herbis agrorum:nō ergo fuit illicitū manere ioas in templo.

†¶Anno aūt.)hic ponit scō3 huius.c.s.legitimi regis ꝓstitutio:ꝛ dr̄(anno aūt septimo).s.anno.vij.regni athalie:nā iste annus q nūc incipiebat erat septimus quo regnare ceperat athalia vel dr̄ anno.vij.s.absc̄sionis ioas: nam iam p sex annos absc̄ditus manserat in templo et iste erat iam annus septimus(misit Joiada ꝛ assumens centuriones ꝛ milites introduxit ad se in templum dñi) iste Joiada erat summus sacerdos q tenebat ioas absc̄ditum in templo:quia vxor sua Josaba acceperat ioas de medio filiorum regis qui occidebantur:ꝛ iste vocauit nunc centuriones ꝛ milites in templum vt cum eis consilium iniret de modo faciendi regem ꝛ vocauit eos ad templum domini:quia ibi erat rex(pepigitq3 cum eis fedus).s.fecit fedus de constituendo ioas filiū regis in regem(ꝛ adiurans eos in tēplo dñi)adiuratio ista fuit vt firmiter tenerent partem ioas ꝛ nō adhererent athalie contra ioas(ostendit eis filiū regis)anteq̄3 facerent cuz eo fedus:noluit eis ostendere filium regis propter periculum.s.ne ipsi occiderent illum vel ne nunciarent athalie ꝛ ipsa persequeretur eum ad mortem.

¶Joiada quare non ostendit filium regis ante annum septimum.

Cō.xi.

Queretur q̄re ioiada nō ostēdit filiū regis ad hoc q̄ institueret in regē ante annū septimū.¶Rñdendū q̄ hoc fuit.¶Rio ꝓpter etatem pueri qz erat valde puus nec habebat vsū actū rōnis:nūc aūt in anno septimo incipiebat hr̄e aliquē actū: ideo cōuenientior erat ad hoc q̄ institueret in regem q̄3 prius.Scō cā ꝛ p̄cipua fuit:qz in sex annis p̄teritis ioiada non habuit aliquā oportunitatem ad constituendū istū puulū in regē:nūc vero cepit habere oportunitatē. ꝛ hoc fuit qz p̄cedēti tpe forte populus assentiebat athalie:qz ipsa existēs noua dña nolebat opprimere ipsos vt assentirent ei:nunc aūt qz erat confirmatū regnū suū incepit opprimere viros iuda ꝛ tunc habuerunt eā exosam ꝛ p hoc habebat maiorē opportunitatē ioiada ad prouocandū populum vt faueret parti sue q̄3 prius habuerat.

Cō.11. A Rñsio. Prima cā. Scōa cā. Tertia cā.

¶Jtē erat maior opportunitas:qz toto tempore p̄cedēti ioiada disposuerat paulatim vt haberet fauores militie ꝛ populi:nūc aūt in anno septimo iam habebat fauorez oium ideo tunc potuit hoc agere:ꝛ ꝓpter hoc cōuocauit nūc centuriones ꝛ milites ad iniendū cū eis fedus ꝛ nō prius:istud p3.ij.parali.xxiij.s.anno aūt septimo confortatus Joiada assumpsit centuriones.i.in illo anno iam erat magne fortitudinis p fauores quos habebat ꝛ propter hoc agressus est negociū.

Cō.12. A Cū qb⁹ centurionibus ioiada iniuit fedus. Rño.

¶Queret vlterius q̄ centuriones erant isti ꝛ milites cū qbus ioiada iniuit fedus ꝛ qūo fedus initū est.¶Rñdendum ad primum q̄ isti fuerūt quinq3 centuriones de qbus.ij.parali.xxiij.s. Azarias filius Jeroā:ꝛ Jsmael filius Joanan:ꝛ azarias filius Obed:ꝛ amasias filius Adage ꝛ Elisaphat filius Zechri.de istis centurionibus est dubium cuius tribus essent centuriones. ꝛ dz rñderi q̄ quelibet tribus habebat centuriones ꝛ tribunos et sic in tribu leui erant centuriones:ꝛ de istis accepit ioiada quinq3 ꝛ cū eis iniuit consiliū patet hoc:qz oēs isti fuerunt nunc ad vnctionē regis.primo vocati erant leuite:nam isti centuriones iuerunt ad vocandū oēs leuitas p totam terrā iuda.ij. paralipo.xxiij.ꝛ illi qui custodiebant templum quando erant in vnctione regis erant leuite:quia dixit ioiada q̄ illi qui recedebant de sabbato ꝛ qui veniebant in sabbato custodirent portas ne aliquis introiret:ꝛ tamē eūtes de sabbato ꝛ venientes ad sabbatū leuite erant.Joiada aūt locutus fuit potius istis q̄3 alijs:quia erant de stir-

Cō.9. A Joas in q̄ pte domus dñi absconditꝰ fuit sex annis. Rñsio iRa. sa. Cōfutatio rabbi. Prima rō. Scōa rō. Tertia rō. Quarta ratio. Quinta rō. Sexta rō. Alia rñsio aucto. Cō.10. A Joas an licite potuerit teneri a ioiada i tē plo cū esset laicus. Rñsio. Cō.11. A Rñsio. Prima cā. Scōa cā. Tertia cā. Cō.12. A Cū qbꝰ centurionibus ioiada iniuit fedus. Rño.

B Fedus quō initū est.

pe sua ⁊ confidebat eis magis. ¶Ad secūdum dicendū q̄ Joiada priꝰ suasit centurionibus ⁊ militibus nolle manere sub imperio athalie. tum quia femina erat: tum quia non erat de stirpe Dauid imo nec de tribu iuda sed de progenie regū israel: ⁊ post hoc fecit cum eis fedus q̄ non reuelarent id quod eis diceret ⁊ iurauerunt: deinde dixit eis q̄ remanserat vnus de filiis Ochozie quē poterant instituere in regē ⁊ pepigit cū eis fedus q̄ constituerent illum in regē: ⁊ tunc ostēdit eis Joas filiū ochozie regis in templo absconditus cum nutrice sua: ⁊ tunc Joiada iniuit consiliū cū centurionibus ⁊ militibus q̄liter deberet vngi Joas in regez: vt colligitur partim hic in littera ⁊ magis. ij. paralipo. xxiij. (⁊ precepit illos dicens iste est sermo quem facere debetis.) istud fuit post-
† q̄z iniuit consiliū Joiada cum centurionibus: ⁊ iam vocatus erat populus iuda post consilium istud ⁊ determinationem a centurionibus vt venirent ad certum diem ad constituendum regem ⁊ venerunt: vt patet. ij. paralipo. xxiij. (Tertia pars vestrum introeat sabbato ⁊ obser
† uet excubitū domus regis.) hoc dicit ioiada ad leuitas: quia illi sunt qui ingrediebantur sabbato. ¶Pro quo sciē dum q̄ ante tempora dauid leuite ⁊ sacerdotes nō erāt

Ordinatio ministrorū templi.

ordinati in modo ministrandi: Dauid tamen non ordinauit modum ministrationis in sacerdotibus ⁊ leuitis sicut ordinauit dispositionem templi dñi ⁊ diuisit totam multitudinem sacerdotum in viginti quatuor sortes. i. paralipo. xxiij. leuitas quoq̄z tam cantores q̄z ianitores q̄z omnes alij diuisi sunt in viginti quatuor sortes. e. li. c. xxv. erat aūt modus ministrandi in istis q̄ per singulas hebdomadas mniſtrarēt. ſ. vna sors sacerdotum cum alia sorte leuitarum ministraret vna hebdomada a sabbato i sabbatū ⁊ alia sors alia hebdomada: ⁊ sic vsquequo finirentur viginti quatuor sortes in sex mensibus ⁊ tūc redibat prima sors ad ministrandum. de istis ergo dicebantur quidā ingredi sabbato. ſ. sors sacerdotalis ⁊ leuitica que veniebant ad ministrandū in principio hebdomade ⁊ alij dicebantur egredi sabbato scilicet illi q̄ iam seruierant vna hebdomada ⁊ finiebant in die sabbati: omnes isti ex mandato Joiade manserunt nunc in templo ⁊ fuerunt diuisi in tres partes ad custodiendum tres portas templi vt patet in littera: ⁊ prima pars dicebat custodire excubitum domus regis idest observabat ad portam quandā que erat versus domū regis. erat enim domus regis apud templū ⁊ in illa manebat nunc athalia regina: ⁊ timuit Joiada q̄ cum vngeretur in templo Joas audiretur vox plangentium ⁊ venirent aliqui de domo regis ad impediendum vnctionem ioas: ideo firmiter illa porta debuit custodiri. (Tertia aūt pars sit ad
† portam seyr.) Ista erat alia porta templi ⁊ istam iussit observari Joiada ⁊ vocatur porta seyr nomine proprio: in hebreo tamen dicitur porta cur ⁊ multum differunt cur ⁊ seyr: quia tamen lingua latina non habet litteras que possint exprimere sonum illum posuit seyr pro cur: ⁊ sic fit sepe in translatione nostra. Sic enim sunt multa alia que exprimuntur litteris latinis ⁊ non possunt exprimi litteris hebraicis propter diuersam sonoritatem
† litterarum diuersarum ydiomatū (⁊ tertia pars ad portam que est post habitaculum scutariorꝫ) habitaculū scutariorum erat quedam domus magna q̄ erat circa atriū templi ⁊ circa domum regis: in hac autem habitabant serui regis qui vocantur scutarij: erant enim isti trecenti viri qui precedebant regem ferentes scuta. nam Salomon fecerat scuta trecenta de auro purissimo precedē ti li. c. x. ⁊ quandocunq̄z rex exibat de domo sua precedebant eum isti viri ferentes scuta aurea coram ipso deinde tempore ¶Roboan quia rex egipti abstulit ista scuta facta sunt alia scuta enea loco aureorum: ⁊ quandocunq̄z exibat ¶Roboā de domo precedebant eum scutarij ferentes ista scuta sicut quando habebat aurea precedenti li. c. xiij. ⁊ istum morem seruauernnt alij reges iuda post ipsum. ſ. q̄ portarentur coram eis ista scuta: ⁊ iō scutarij ferentes ea habitabant in quadam domo apud regem ⁊ erat illa domus apud templum ⁊ vocabat habitaculū scutariorum ad portam que erat apud habitaculum eorum positi fuerunt custodes ne scutari athalie ingrederentur in templum: in hebreo dicitur tertia pars ad portam post cursores. i. ad portam que est post domū cursorum. Vocauit autem Hieronymus scutarios istos cursores quia precedebant regem currendo coram eo ⁊ eadem dictio ponit hic in hebreo ⁊ precedenti li. c. xiij. vbi littera nostra ponit scutarios: ⁊ custodietis excubitū domus messa. i. omnes custodietis excubitum. i. vigilias vel introitum domus messa: est enim nomen speciale cuiusdā domus. In hebreo ponitur hic messa: ⁊ tamen nō est vt nomen proprium sed vt cōmune ⁊ dicit messa. i. firmiter. ſ. q̄ firmiter custodirent domū. ſ. templū. ⁊ sic videtur accipere lra nostra. ij. parali. xxiij. dicens ⁊ tertia ad portā que appellatur fundamēti: ⁊ tñ eadē dictio ponitur ibi in hebreo ⁊ hic (due vero partes ex vobis egre
† dientes sabbato custodiāt excubias domus dñi circa regem.) Sciendum q̄ illi sacerdotes ⁊ leuite qui venerāt nouiter ad seruiendū p hebdomadam futurā diuisi sunt in tres partes ⁊ isti obseruabant tres portas que iaz nominate sunt. Alij autem sacerdotes ⁊ leuite qui seruierant p hebdomadā precedentē diuisi sunt in duas ptes ⁊ in circuitu regis ambulabant: nam eductus fuit Joas de loco in quo latebat cum nutrice sua ad templū ⁊ positus est in trono vt vngeret ibi in regē ⁊ in circuitu eius sacerdotes isti ⁊ leuite ambulabant ne quis auderet accedere ad regem (⁊ vallabitis eū habentes arma). ſ. ha
† bebitis arma in manibus vestris ⁊ vallabitis eū ne quis possit ad eū accedere vt noceat. (si quis autez ingressus fuerit septuz templi interficiatur.) ¶Rex enim vngendus
† erat in templo ⁊ non erat permittendus aliquis introire ne intrarent aliqui de parte athalie qui occiderēt regem cuz vngebatur: ideo dixit q̄ occideretur si quis introiret (eritisq̄z cum rege introeunte ⁊ egrediente). i. qñ
† rex introierit ⁊ exierit ambulādo per templū ⁊ discurrendo de domo in domum per templuz eritis cum eo: in hebreo dicitur viuificabitis regem in introitu suo ⁊ exitu suo ⁊ idem est: quia viuificare est defendere vitam eius ⁊ hoc facere debebant isti sacerdotes custodientes regem: qz faciebāt ne quis accederet ad eū. ¶Quereretur an Joiada poterat iuste imponere istam penam. ¶Aliqs dicet q̄ nō qz ipse erat summus sacerdos ⁊ nō licebat sacerdotibus talia agere cum non debeant sacerdotes sententiam sanguinis dictare aut proferre. ¶Dicendum q̄ si male ageret ioiada ponendo istam penaz: istud esset: quia pena esset in se iniusta vel quia nō haberet iurisdictionem ioiada ad imponendum talē penam. De primo dicendū q̄ Joiada iuste ponebat penam qz ex iusta causa. ſ. propter periculum: quia vngebat rex in templo ⁊ si liceret alicui intrare possent intrare multi de parte athalie ⁊ occidere regē. etiam iuste puniretur qcū qz vellet intrare: quia postq̄z esset prohibitio facta ⁊ ponerentur custodes ad portas templi si quis contenderet intrare esset manifeste sedicios⁹ ⁊ merebatur occidi. nō erat etiam iniusta ista pena ex defectu iurisdictiōis ioiade qz ipse erat pontifex habens imperiuz in tēplo: iō poterat prohibere quoscunq̄z vellet ab introitu templi cū subesset causa rationabilis. Etiam non obstat q̄ ipse eēt sacerdos quia homicidiū facit nunc irregularitatem in nouo testamento: ⁊ tamen nō faciebat in veteri: iō iz aliquis sacerdos esset homicida ex iusta vel iniusta causa nō puabat administratiōe sacerdotij: iz si eēt homicida iniustus occidebat sicut laici: licebat aūt sacerdotibus facere bella ⁊ occidere iuste quoscūqz. Sic. n. pz de finees q̄ erat filius summi sacerdotis ⁊ interfecit zambri coetem cū madianitide: ⁊ tñ nō fuit priuatus sacerdotio sed potius ꝓpter hoc ꝓmisit ei de⁹ summū sacerdotiū in eternū nu. xxv. ēt machabei erāt summi sacerdotes: ⁊ tñ ipsi pugnabāt ⁊ occidebant plurimos de hostibus vt pz ex primo libro machabeoꝝ p totū potuit ergo Joiada ponere penam mortis si quis intraret in templū nec incurrebat aliquam irregularitatem (⁊ fecerunt centuriones iuxta ola q̄ ꝓceperat eis ioiada sacerdos) isti centuriōes erant

Qō. Iz. Joiada an iuste imponeret q̄ q. cūqz ingrederet septū templi occideretur.

Rñsio.

Translatio hieronymi

ꝛ vſleti curſores.ſꝫ iſti curſores vocant ſecūdū hebreos pedites armati:ꝛ qꝛ iſti ſcōm rē erāt idē cū legionibus celethi ꝛ phelethi accepit Hieronymus celethi ꝛ phelethi(deduxerūtqꝫ regē de domo domini)prius cuſtodiebāt rex in templo ꝓpter timorē athalie:nūc vero occiſa ipſa ꝛ excluſo timore deductus eſt de templo in domuꝫ ſuā(ꝛ venerūt ꝑ viam porte ſcutariorū)porta ſcutariorum erat quedā porta tēpli apud quā erat domus ſcutariorū regis:vt ſupra declaratū eſt:(ꝛ ſedit ſup tronū regum)in tēplo ſederat ſup tronū regū ad hoc ꝙ vngeretur:nūc vero in palatio ſuo ſedit ſup tronū regū: qꝛ cōpetebat ei iā ex dignitate(letatuſqꝫ eſt oīs populus terre).ſ.qꝛ pacifice regē ſuū videbāt ſedere in trono in domo ſua.(ꝛ ciuitas cōquieuit).ſ.qꝛ prius viuēte athalia erat turbatio magna in populo.nūc vero illa occiſa oēs quieuerūt.vel dicīt ꝙ ciuitas cōquieuit : qꝛ athalia habebat multos fautores in vrbe ꝛ creditū eſt ꝙ fieret aliqua diſſenſio vel ſeditio in populo ꝓpter illā : ꝛ tñ mox vt occiſa eſt athalia ceſſauit oīs tumultus:qꝛ oēs qui prius fouebāt ptes eius ſponte ſe ſubmiſerūt regi(athalia autē occiſa eſt gladio in domo regis) repetīt hic qō ſupra dicebaī.ꝛ dicīt ꝙ occiſa eſt in domo regis:qꝛ educta fuit de templo:ꝛ qꝛ porta domus regis erat apud portā templi introducta fuit in domū regis ꝛ ibi occiſa eſt(septēqꝫ annoꝝ erat ioas cū regnare cepiſſet.)iceperat.n.ſeptimū annū ꝛ iō vocaī ſeptē annoꝝ: qꝛ annus iceptus ꝙ completo computatur.

¶ Incipit capitulum duodecimum.

Anno ſeptio ibeu regnauit ioas.Quadraginta annis regnauit in hieruſalem.

Anno ſeptimo. Deſcripto ſuperius regno iuda ſub regibus athaliā precedētibus : hic ponīt continuatio eius ſub regibus eā ſequētibus ꝛ diuidīt in duo:qꝛ primo ponīt qd factū eſt ſub rege ioas .ſcōo qd ſub amaſia ſucceſſore eius.j.xiij. Pria in duas qꝛ prio ponīt regni ioas explicatio.ſcōo regū iſrael cōtē poraneorū enarratio ſequēti.c.prima in duas:qꝛ primo ponīt de regno ioas ꝙ eo tēpore quo ſe habuit inſoleter ibi(tūc aſcēdit.)Id āt in quo pricipaī apparuit bōitas ioas fuit:qꝛ deſiderauit domū dei reſtaurare ꝛ ad hoc diligēter ſe habuit circa qō ponūt tria.primo domus dñi reparari ꝑcipit.ſcōo mandatuꝫ repationis negligīt ibi (igīt vſqꝫ ad viceſimū).tertio repatio diligēter pficīt ibi cūqꝫ viderēt. ¶ Queret circa primū an ea que habē tur hic habeāt ordinē continuatū ad ꝑcedētia ꝛ an fuerint facta immediate.poſt illa vel interpoſito aliquanto tēpore.Ad primū dicēdū ꝙ hic eſt ordo cōtinuus.qꝛ ꝑcedēti.c.habitū eſt de cōſtitutione ioas in regē:hic autē agitur de opibus eius poſtqꝫ rex factus eſt:iō neceſſario ſunt iſta poſt illa.Ad ſcōm dicēdū ꝙ iſta fuerūt imediate poſt ꝑcedentia:qꝛ hic contineī tota vita ioas regis a pueritia ſua poſtqꝫ factus eſt rex:iō de omnib⁹ illis que fuerūt poſtqꝫ cōſtitutus eſt rex agīt hic.ꝛ dicīt(anno ſeptimo ibeu regnauit Joas)Ibeu erat rex iſrael ꝛ erat iā annus ſeptimus regni eius nō quidē cōpletus ſed inchoatus:qō ꝑ:qꝛ prima die qua regnauit ibeu occidit ioraā regē iſrael ꝛ ochoziā regē iude:vt colligīt ſupra .ix. ꝛ tñ imediate poſt mortē ochozie cepit regnuꝫ athalie ꝛ ipſa regnauit āniꝫ ſex.ij.palipo.xxij.ꝛ finito regno athalie cepit regnare ioas:ergo ſex annis cōpletis regnauerat ibeu ſup iſrael ꝛ incipiebat nūc ānus ſeptimus eius: ſꝫ cōputaī ānus inceptus ꝙ cōpleto(quadraginta annis regnauit in Hieruſalē)ꝛ ſic ſolū vixit quadraginta ſeptē annis cū eſſet ſeptē ānorū qñ cepit regnare ꝑcedēti c.ꝛ.ij.palipo.xxiiij.vixit autē modico tēpore:qꝛ occiſus eſt a ſeruis ſuis.e.c.(nomē matris eius ſebia de berſabee)iſta ſebia erat vxor ochozie ꝛ erat filia alicuius ꝑncipis de berſabee.eſt.n.berſabe quedaꝫ ciuitas in ſorte iude ad ꝑteꝫ meridianā terre illius ꝛ ponīt tanqꝫ terminus in latere meridiano:vnde qñ ponīt vtrūqꝫ latus terre iſrael.ſ.aquilonare ꝛ meridianū:ponunt iſta duo loca ſ.dan ꝛ berſabe ad ſignificādū iſtas duas extremitates: vt pꝫ.ē.j.li.c.iij.ꝛ.ē.ij.li.xvij.ꝛ.xxiij.(fecitqꝫ ioas rectū cūctis diebus quibus docuit eū ioiada ſacerdos.)fuit.n. ioas rex ſub manu ioiade omnibus diebus quibus vixit ioiada:qꝛ ipſe cōſtituerat ipſuꝫ in regē ꝛ liberauerat eū a morte:ꝑcedēti.c.ꝛ qꝛ ioiada erat cultor dei magnus fecit vt rex toto tēpore ſuo coleret deū.ꝛ vocaī ioiada ſacerdos.i.ſummus ſacerdos ꝙ excellentiā.ꝛ qꝛ dicīt omnibus diebus ꝙbus docuit eū ioiada:innuīt ꝙ mortuo ioiada malus fuerit ꝛ verū eſt:qꝛ declinauit ad ydola in tātuꝫ vt iuſſerit occidi Zachariā filiū ioiade qꝛ increpabat eū ſup hoc.ij.palipo.xxiij.(verūtamen excelſa non abſtulit).i.quamꝫ fuerit bonus nō abſtulit excelſa.i.altaria que erāt in mōtibus ꝛ extra vrbes in varijs locis (adhuc populus īmolabat ꝛ adolebat incēſum in excelſis).i.adhuc tēpore illo populus īmolabat.i.offerebat ſacrificia:qꝛ īmolare eſt iugulare aīalia ꝛ adolebat incēſum.i.cremabat thimiama ſup illa altaria:nā cū manerent illa altaria populus frequentabat ea.

¶ An ioas peccauerit nō delēdo altaria que erant in regno ſuo extra templum dei. Qō.ij.

Queretur an peccauit ioas nō delēdo altaria que erāt in regno ſuo. ¶ Aliquis dicet ꝙ nō:qꝛ ſi fuiſſet peccatū nō auferre illa altaria:ioiada qui regebat regē ioas feciſſet ꝙ illa altaria tolleret cū rex obediret ei in omnibus:ꝛ tñ nō fecit ꝙ tollerent ergo videī ꝙ nō peccabat. ¶ Reſpōdēdū ꝙ iſta altaria erant duplicia:quedā erāt facta a populo ꝙ cultu dei:nā cū videret omnibus difficile cōuenire in tēplum ad faciendū ſacrificia faciebant altaria ꝙ diuerſa loca in quibus offerebāt ſacrificia.alia erāt altaria facta a populo ad colēdū ydola:nā ꝑcedēti.li.c.xiij.dicīt ꝙ iudas fecit malū cora dño:edificauerūt.n.ſibi aras ꝛ ſtatuas ꝛ lucos ſup omnē collē excelſum ꝛ ſubter omnē arborē frondoſam.pꝫ etiā iſta diſtinctio.j.xxiij.c. vbi dicīt ꝙ ioſias deſtruxit excelſa ꝛ occidit ſacerdotes excelſoꝝ qui erāt ibi ſup altaria ꝛ dicīt de aliis ſacerdotibus excelſoꝝ ibidē ꝙ ioſias fecit vt non aſcēderent ſacerdotes excelſorū ad altare dñi in Hieruſalē:ſꝫ ſolū cōedebāt azima in medio fratrū ſuoꝝ:ergo opꝫ ꝙ primi iſtoꝝ eſſent ſacerdotes ydoloꝝ ꝛ alij nō eſſent ſacerdotes ydoloꝝ ſꝫ dei quā cūqꝫ offerrent ſacrificia in mōtibus:qꝛ alioqn nō pmiſiſſet eos viuere ꝛ dabat eis portionē de ſanctificatis cū ceteris fratribus ſuis. Si autē accipiaī de excelſis in quibus colebāt ydola manifeſtū eſt ꝙ peccabat ioas nō deſtruendo illa:qꝛ obligabanī iſraelite extirpare ydolatriā de terra:vt pꝫ deuter.xiij.ꝛ.xvij. Si autē accipiaī ꝙ excelſis in quibus colebaī deus:dicēdū ꝙ adhuc peccatum erat nō deſtruere illa:qꝛ deus iuſſerat ꝙ ſub pēa mortis nullus īmolaret extra ſanctuariū leui.xvij.ꝛ deuter.xij. ꝛ ad hoc tenebanī illi ꝙ erāt executores legis ſicut erat rex ꝛ ſummus ſacerdos. Scōo pꝫ qꝛ ꝑcedēti.li.c.iij.dicīt ꝙ ſalomō obſeruabat ꝑceptū Dauid patris ſui excepto ꝙ in excelſis īmolabat ꝛ accēdebat thimiama: ꝛ ponīt ibi illud ꝙ reprehenſiōe.q.d.ꝙ illud erat in quo deuiabat ſalomō a via Dauid patris ſui. ¶ Dicit autē nicolaus ꝙ pmittebanī iſta altaria excelſoꝝ aliquādo ꝓpter ſcādalū.ſ.qꝛ ſi iſta nō pmitterenī populus declinaret ad idolatriā:qꝛ id qō ibi offerebat deo offerret demonibus. Sed dicēdū ꝙ hoc nō ſtat:qꝛ ꝓpter ſcandalū nō eſt relinquēda veritas.nā ls interdū veritas doctrine ꝛ diſcipline differēda ſit ad tēpus ꝓpter ſcādalū.ꝛ tñ veritas vite nūqꝫ relinquēda eſt:ſic autē erat hic:qꝛ ꝙ offerēt aliqui in altaribus extra tēplū erat cōtra legē dei in qua cōſiſtit veritas vite. ¶ Dicēdū ergo ꝙ nullo mō poteſt excuſari ioas rex ꝛ ioiada ſummus ſacerdos a peccato:qꝛ pmittebant altaria ad offerēdū eī tēplū niſi dicaī ꝙ nullo mō poterāt auferre ea qꝛ totꝰ populus repugnabat:ꝛ tūc nō erat pmittere ſꝫ nō poſſe tollere.magis tñ

A ij. paralip. xxiij.a.

† † † † † † †

Qō.I. A An ordo cōtinuus ſit ꝛ imediatus ad ꝑcedentia.

Rño ad ꝑmum.

Ad ſcōm.

Qō.2. A

Pria rño.

Rño auctoris.

Opinio ni.

Confuta.

Auctoris determinatio.

videt q aliquale peccatū fuerit dimittendo ista altaria: nā ió ponit hic vt significet quedā reprehēsio. ſ. q Ioas bene vixerit ioas: tñ nō oino qr nō abstulit excelsa (dixitqz ioas ad sacerdotes.) hic ponit ꝓceptū ioas de restaurando domū domini (oēm pecuniā sctōrum que illata fuerit in tēplū dñi a pretereūtibus) iussit ioas restaurari tēplū ꝛ ad hoc assignauit expēsas de quibus fieret. ſ. de pecunia que offerebat a trāseūtibus. ¶Pro quo ꝓsiderādū q deus instituerat oēs israelitas qñ trāsirēt ad numerū dare ꝑ se dimidiū siclū. trāsibat autē aliqs ad numerū qñ cūqz computabat tanqz vnus in populo: ꝛ hoc erat postqz esset viginti annox ꝛ tūc tenebat dare dimidiū siclum ꝑ se ipso: ꝛ iste dimidius siclus erat ad necessitates sanctuary: ꝛ de ista pecunia reparatū est nūc tēplū. ꝛ dicitur oēm pecuniā sctōrū. i. que ptinet ad sanctuariū: nam de hijs que offerebant quedā ptinebāt ad sacerdotes ꝛ alia ad sanctuariū de qbus declaratū ē late nume. v. vbi habet qui erāt redditus sacerdotū ꝛ qui sanctuarij i veteri testamēto. de pecunia aūt que ptinebat ad sanctuariū fiebat hoc ꝛ dicit que illata fuerit a ꝓtereūtibus. i. ab illis qui excedūt annū vigesimū: ná quilibet illox dabat mediū siclū ꝑ (pcio aie). i. ista pecunia offerebat ꝑ pcio aie. i. ꝑ precio cuuslibet hominis. vocat enim aia vnus homo sicut dicit septuaginta aie egresse sunt de femore Jacob. geñ. xlvi. ꝛ exoð. j. i. septuaginta homines: nam aia nō deriuat in semine paterno ſz a deo dat ꝛ leui. iij. anima si obtulerit sacrificiū: ꝛ vocat pciū hominis: quia de⁹ obligauerat quēlibet vix ad soluēdū istud pciū alio quin moreret exo. xxx. (ꝛ quā sponte ꝛ arbitrio cordis sui inserūt in tēplū dñi) ista erat alia pecunia quā quilibet offerebat sponte. nā israelite euntes in tēplū offerebāt aliqd ꝑ expēsis tēpli ꝛ illud mittebāt in gazophilaciū iuxta illud Luc. xxi. ꝛ Mar. xiij. cū dicit respiciens Jesus vidit eos q mittebant munera sua in gazophilaciū ꝛ laudauit viduā pauperculā q plus omnib⁹ obtulisset (accipiāt illā sacerdotes iuxta ordiné suū). ſ. accipiant illā. i. sint dispensatores eius: nō tñ accipiant ꝑ se qr nō competebat eis aliqd de boc. ꝛ dicit iuxta ordiné suū i. scōm q competit eis ex ordine vel ex officio: ná sacerdotibus potius competebat dispēsare pecuniā que erat in sanctuario ad vsus eius q̄z laicis (ꝛ instaurēt sartatecta domus si qd necessariū viderint restauratiōe) instaurare est ad instar prioris aliqd facere ꝛ istud est reficere ſ. qñ res que ꝑierat reducit in statū priorē vocant autez sartatecta oia que reparāda sunt: ꝛ dicit de sarcio sarcis i. reparo vel reficio ꝛ componit cū tectū ꝛ dicit sartatectū. i. reparatio domus qr tecta domus vocantur.

¶Que erat ista pecunia q̄ offerebat a trāseūtib⁹. ꝛ qui erāt isti q trāsibāt ad numerū: ꝛ qd soluebāt. Qō. ij.

Qō. 3. A

Queretur que erat ista pecunia que offerebat a trāseūtibus. ¶Aliq dicūt q offerebat a trāseūtibus. i. a ptereuntibus p sanctuariū. Sed dicēdū q nō stat: qr dř hic q ista pecunia offerebat ꝑ pcio aie: pciū aūt dicit equiualētiā ꝛ ꝓsistit in re taxata: ió ops q ista nō esset pecunia que efferebatur a trāseūtibus p tēplū: qr illa nō erat taxata nec sub obligatioēz ſz offerebat qui volebat ꝛ quātū volebat. Scōo pz qr ꝟ fit dřia iter pecuniā q̄ offerebat a ptereūtib⁹ ꝛ pecuniā quā qſqz arbitrio cordis sui offerebat: ꝛ tñ illa que offerebat arbitrio cordis erat q̄ offerebat a veniētib⁹ in tēplū ꝛ trāseūtibus p illud: ergo pecunia que offerebat a ptereuntibus erat alia. Tertio pz qr. ij. palipo. xxviij. dicit q pdicatū est i iuda ꝛ hierusalē q deferrēt singuli pciū dño qō ꝓstituit moyses sup oēm israel ꝛ illud est qō dicit hic a ptereūtibus: ergo nō erat pecunia quā offerebāt trāseuntes p tēplū. ¶Sed dicēdū q vocātur ptereuntes. i. excedētes annū vigesimū ꝛ ꝓprius diceret ab excedētibus quā a ptereuntibus: qr ptērire significat locū: excedere aūt significat etatē vel saltē cōuenit magis etati quā ptērire. ¶Quereť vlterius qui erāt isti qui transibāt ad numerū vel qūo accipiebat pecunia ab eis ꝑ pcio aie. ¶Respondēduz q deus iusserat q israelite nunqz numerarent nisi qlibet de numeratis solueret dimidiū siclū: numerabāt aūt israelite dupliciter: vno mō q̄ ad aliquā ꝓgregatiōez vt ad bellū vel alias ꝓgregabātur multi ꝛ numerabant. Alio mō qñ aliquis naturaliter transibat ad numerū. i. ad etatē in qua deberet numerari ꝛ istud erat qñ aliqs accedebat ad annuz vigesimū: qr tūc incipiebat computari tanqz vnus de populo ꝛ vtroqz mō soluí debebat dimidius siclus. primi tñ vocabāt ꝓputati: scōi ꝙo transeūtes ad numerū de vtroqz exoð. xxx. ſ. qñ tulleris summā filiorū israel iuxta numerū dabūt singuli pciū ꝑ aiabus suis. de scōo dicitur hoc aūt dabit oēs qui trāsit ad nomē dimidiū sicli qui habet in numero a viginti annis ꝛ supra dabit pciū istud iubebat deus dari ne sequeret plaga in populo: qr si aliqñ numerarētur ꝛ nō soluerēt pciuz deus pcuteret eos plaga dura: ió dicebātur dare in pciuz ꝑ aiabus suis: qr istud erat quasi pciū redēptionis cū alias occidēdi essent q numerabātur. Sic pz exoð. xxx. ſ. qñ tulleris summā filiorū israel dabūt singuli pciuz ꝑ aiabus suis dño ꝛ nō erit plaga in eis cū recēsiti fuerint. q. d. si numerarētur ꝛ nō soluerēt istud pciuz plaga esset in eis. vocat etiá istud pciū qr pciū dicit aliquā taxationē ꝛ ita erat hic taxatum q̄ quilibet solueret dimidiū siclū sine paup sine diues: vt pz exoð. xxx. ſ. qui habet in numero a viginti annis ꝛ supra dabit pciuz diues nō addet ad mediū sicli ꝛ paup nō minuet. ista aūt pecunia ptinebat ꝑprie ad sanctuariū qr nō debebat expēdi in alios vsus: vt pz ibidē. ſ. susceptāqz pecuniaz que colata est a filijs israel trades in vsu tabernaculi testimonij vt sit monimētuz. i. memoria eox corā dño ꝛ ꝑpicief aiabus eox. ¶Quereť vlteriꝰ quo debebāt sacerdotes suscipere istā pecuniaz que dabat a transeuntibus ad numerū. Aliquis dicet q ista pecunia ducebat in sanctuariū ab ipsis transeūtibus ad numerū ꝛ ponebat in gazophilatio ꝛ inde sacerdotes debebāt accipere eam ad vsus sanctuarij. Sed dicēdū q nō stat: qr leuite debebāt ire ad colligēdū istaz pecuniaz. ij. palipo. xxiij. Dicēdū ergo q istud ꝓceptū de soluendo pecuniā eorū qui transibāt ad numeruz a multis annis impeditū fuerat tradi executioni: qr athalia destruebat cultū dei ꝛ ipediebat legē seruari: ió nūc occisa illa rex ioas ꝛ ioiada summus sacerdos iusserūt ꝓdicari vel edici per totā terrā iuda q omnes qui trāsierāt annū vigesimū ꝛ nondū soluerāt pciuz ꝑ aiabus suis soluerēt nūc ij. paralipo. xxiij. ſ. ꝛ ꝓdicatū est in iuda ꝛ hierusalē vt deferrent singuli precium dño quod constituit Moyses seruus dñi sup oēm israel in deserto. a principio aūt quando voluit rex ioas facere istud congregauit sacerdotes ꝛ leuitas: ꝛ iussit eis q ipsi discurrerēt quolibet anno ꝑ terrā iuda ꝛ pquirerēt in singulis locis qui erāt qui transierant ad numerū ꝛ nondū soluerant ꝛ reciperēt ab eis pciū. ꝛ qr quolibet anno transibant aliqui ad numerū: in quolibet loco debebant trāsire leuite quolibet anno ꝑ totā terrā iuda ad inquirendū in singulis locis q erāt qui illo anno ad⁹ numerū trāsibant: de hoc. ij. pali. xxiij. ſ. congregauit ioas sacerdotes ꝛ leuitas egredimini ad ciuitates iuda ꝛ colligite de vniuerso israel pecuniaz ad sartatecta templi dei vestri ꝑ singulos annos festinatoqz hoc facite: ꝛ tñ sacerdotes ꝛ leuite non fecerunt hoc vt j. dř. (Jgit vsqz ad vigesimū tertiū annum regis ioas.) iste erat annus vigesimus tertius nō etatis sue ſz regni sui: nam tunc erat trigesimus etatis eius cū ipse vixisset septē annis anteqz regnaret. ꝛ hic incipit scōm huius. ſ. in quo pceptū reparationis negligit (non instaurauerūt sacerdotes sartatecta tēpli) pōt intelligi dupliciter: vno modo q non instaurauerūt. i. nō petiuerūt pecuniā ab israelitis ad instaurādū quia noluerunt discurrere p regnū iuda ab petēdū illā sicut rex dixerat. Alio modo q sacerdotes collegerunt pecuniā accipiēdo eaz a viris iuda: ꝛ tñ nō expenderunt eam in aliqua reparatione sed retinebāt penes se. Aliquis dicet q secūdus sensus istorum verus est quia infra dixit rex nolite ergo amplius accipere pecuniā iuxta ordinē vestrū ſz ad instaurationē templi reddite eam prohibitiqz sunt sacerdotes vltra accipere pecuniā a dño. in cōtrariū videt qr. ij. pali. xxiij. dicitur

cūia ab eis ꝑ pcio aie.

Rñsio.

Qō. ſ. A Sacerdotes qūo debebāt suscipere istam pecuniam.

Pria opi.

Cōfuta.

Opinio auctoris.

† B Reparatio templi quomō 'neglecta fuit.

Sartatecta qd.

Qūo accipiebat pe-

Pria rño.

Cōfutatio.

Pria rō.

Scōa rō.

Tertia rō.

Alia rñsio aucto.

Qō 4. A

dicitur vocauit rex Joiadam ꝛ dixit ei quare non fuit tibi cure vt cogeres leuitas inferre de iuda ꝛ hierusalem pecuniā que cōstituta est a moyse vt inferret eaꝫ omnis multitudo israel in tabernaculū.ꝛ sic videꝫ q̄ non susceperūt sacerdotes ꝛ leuite pecuniā a transeūtibus ad numerū:ſ remisse egerūt nō exeuntes p̄ loca iuda ad colligendū pecuniā. ¶Respōdendū q̄ iste lr̄e videnꝫ contrarie:ꝛ ad concordādū eas debemus dicere q̄ sacerdotes vtrūq; egerūt.ſ.fuerūt negligētes ꝛ pecuniā receperūt:nā rex iusserat eis q̄ irent p̄ oīa loca terre iuda ꝛ acciperēt pecuniā a transeūtibus ad numerū:ipsi vero nō fecerūt hoc ſ mā̄serūt in hierusalē:ꝛ si aliqui veniebāt ad soluendū pecuniā illā recipiebāt ab eis:ꝛ tm̄ nihil restaurabāt de illa ſ retinebāt penes se. ꝛ nūc stat vtraq; lr̄a:nā.ij.palipo.xxiiij.dicit̄ q̄ rex redarguit ioiadam dicēs quare nō fuit tibi cure vt cogeres leuitas inferre de iuda ꝛ de hierusalē pecuniā.ꝛ ob hoc sequit̄ q̄ p̄dicatū est in iuda ꝛ hierusalē vt deferrēt singuli p̄cīū dño:ꝛ tm̄ si sacerdotes ꝛ leuite executi fuissent istud nō p̄dicaretur post.sic etiā stat lr̄a ista.ſ.q̄ rex dixit nolite ergo amplius accipere pecuniā iuxta ordinē vestrū.i.nō accipiatis pecuniā a venientibus ꝛ dantibus p̄cīū p̄ animab⁹ suis.q.d.q̄ nūc accipiebāt:etiā dicit̄ p̄hibitiq; sunt sacerdotes vltra accipere pecuniā a populo.ſ.q̄ populus veniebat ad offerēdū pecuniā illā in tēplo p̄ alabus suis ꝛ sacerdotes illā accipiebāt.postea aūt nō fuit obseruatus aliquis istor̄ modor̄:q; sacerdotes nō acceperūt pecuniā sicut p̄ius accipiebāt a venientibus:nec etiā uerūt ad colligendū illa p̄ totā terram iuda p̄ singulos annos sicut dixerat rex:ſ fm̄ est quoddā gazophilaciū ꝛ positum est apud portā tēpli: ꝛ p̄dicatū est p̄ totā terrā iuda q̄ oēs qui trāsibāt ad numerū venirēt ad soluendū p̄cium p̄ alabus suis.hoc p̄z.ij.palipo.xxiiij.q; postq̄z rex reperit sacerdotes ꝛ leuitas negligētes:dicit̄:p̄cepit ergo rex ꝛ fecerūt arcbā posueruntq; eam iuxta portā dñi ꝛ p̄dicatū est in iuda ꝛ hierusalē vt deferrēt singuli p̄cium dño qō p̄stituit moyses seruus dñi sup oēm israel in deserto. ¶Queret̄ ad qd iussit rex fieri ista sartatecta vel qūo tēplū indigebat reparatione. ¶Respondēdū q̄ sartatecta erāt necessaria in tēplo p̄pter duo.p̄mo p̄pter antiquitatē operis:q; transierāt multi anni q̄bus fuerat tēplū edificatū a salomone ꝛ postea non legit̄ reparatū fuisse.nā a p̄ncipio regni salomōis vsq; ad annū vigesimū tertium regni ioas q̄ sartatecta incepta sunt fuerūt anni centū sexaginta quatuor.ſ.q̄draginta anni regni salomonis p̄cedēti.li.c.xi.ꝛ decē ꝛ septē anni regni roboan.e.li.c.xiij.ꝛ tres anni abie.e.li.c.xv.ꝛ q̄draginta vnus annus asa.e.c.ꝛ.xxv.iosaphat.e.li.c. vltimo.ꝛ octo anni ioraā.ō.viij.ꝛ vnus ann⁹ ochozie.e.c.ꝛ sex āni athalie p̄cedēti.c.ꝛ.ij.palipo.xxi.ꝛ viginti tres anni regni Joas q̄ ceperūt fieri sartatecta hic in lr̄a:a quibus subtrahant tres anni ꝛ parū plus de regno salomonis q̄ fluxerāt q̄ cepit edificare tēplū p̄cedēti.li.c.vi.ꝛ septē anni quibus compleuit totū populū.e.c.manebūt centū quinquaginta quatuor anni q̄bus tēplū p̄sumatū fuerat ꝛ nō legit̄ fuisse reparatū:ideo iam indigeret aliqua reparatiōe. ¶Scōa causa fuit ꝛ p̄cipua: q; athalia q̄ ante hoc regnauerat erat impiissima ꝛ ydolatra ꝛ abstulerat ornamēta domus dñi ad ornandū tēplū baal:iō erat nūc necessaria pecūia ad restaurādū ea que deficiebāt in tēplo dñi p̄pter rapinā athalie:ꝛ istā causaꝫ expressit ioas q̄ iussit sacerdotibus q̄ inferrēt pecuniaꝫ de tota terra iuda dicēs:athalia.n.impissima ꝛ filij eius destruxerūt domū dñi ꝛ vniuersis que sanctificata fuerūt tēplo dñi ornauerūt phanū baalin(¶Vocauitq; rex ioas ioiadam pontificē ꝛ sacerdotes)vocauit eos ad increpādū: quia iusserat eis q̄ inferrēt pecuniā de tota terra iuda ad sartatecta tēpli:ꝛ nō curauerūt inquirere illā(dicēs eis q̄re sartatecta tēpli nō instauratis)nō dixit quare nō recepistis pecuniā ad sartatecta:q; ſ nō iussent p̄ terraꝫ iuda ad colligendū pecuniā tm̄ recipiebāt eam a venientibus: ꝛ tamē non expēderant aliquid in vsus sanctuarij:iō redarguit eos q̄ sartatecta non instaurabāt.(nolite ergo amplius accipere pecuniā iuxta ordinē vestrū).i.iubeo vobis q̄ amplius non accipiatis pecuniā a populo que debeā̄ p̄ restauratione sicut p̄sueuistis accipere(ſ ad instaurationē tēpli reddite eaꝫ).i.ipsam quaꝫ accepistis ꝛ non expendistis reddite.i.deponite in aliquo loco vnde summā̄ ad restaurationē ꝛ vos nō teneatis eaꝫ amplius q; in vobis inutilis est(p̄hibitiq; sunt sacerdotes vltra accipere pecuniam a populo ꝛ instaurare sartatecta domus)ista duo erāt cōnexa.ſ.accipere pecuniā p̄ restauratiōe ꝛ restaurare sartatecta:ꝛ q; sacerdotib⁹ p̄pter malā administrationē interdicta est potestas suscipiēdi pecuniam a populo etiam interdictū est sartatecta instaurare. ¶Queret̄ quomodo dicebat ioas q̄ leuite accipiebant pecuniā istam iuxta ordinē suum.vnde.n. competebat eis hoc q̄ ipsi pecuniam illam reciperent ꝛ administrarēt. ¶Respondendū q̄ competebat eis ex multiplici capite. ¶Primo ex iuris institutione:nam deus instituerat in deserto q̄ moyses acciperet a filijs israel pecuniam illam que danda erat a transeuntibus ad numerum.ſ moyses erat leuita.ij.palipo.xxiij.iō ipso non accipiēte p̄tinebat ad alios leuitas vel sacerdotes cuꝫ illa acceptio non esset p̄sonalis vel temporalis ſ perpetua: iō oportebat q̄ ad alios leuitas post moyſeꝫ p̄tineret ℔. Scōo p̄petebat ex rōe iuris:nā ista pecunia p̄tinebat ad vsus sanctuarij soliꝰ exod.xxx.ergo debebat dispensari p̄ illos ad quos alias p̄tinebat dispositio rerū sanctuarij:ſ ad laicos nihil pertinebat disponere in sanctuario: imo non debebāt accedere ad sanctuariū ꝛ si intromitterent se de aliquo negocio sanctuarij moriebant:q; deus occidebat illos numeri.j.ꝛ.iij.ꝛ.xviij.iō opꝫ q̄ ista pecunia que p̄tinebat ad sanctuariuꝫ ministrarēt p̄ sacerdotes. Tertio competebat ex antiqua p̄suetudine: nam sacerdotes ꝛ leuite ab antiquo ministrabant istaꝫ pecuniā nec erat memoria in contrariuꝫ.ſ.q; aliq̄n laica ministrarent istam pecuniā:iō saltē ex ista longa p̄suetudine p̄scripserāt sibi ius ad ministrandū semper.ideo rex dixit q̄ recipiebant pecuniam iuxta ordinem suū.i.sicut competebat eis ex ordine vel officio aut iure.

¶An liceret regi p̄uare sacerdotes administratiōe pecunie:Et an habebat rex in veteri testamēto plenaꝫ potestatem super sacerdotes tam in ciuilibus q̄ꝫ in criminalibus sic vt possit eos p̄uare ꝛ occidere. Qō.viij.

Queretur vlterius an licebat regi p̄uare sacerdotes administratiōe pecunie istius cū p̄hibuerit eis accipere illam. ¶Aliqs dicet q̄ non licebat ei. ¶Primo q; istud p̄tinebat ad sacerdotalem ministrationē: ꝛ si rex p̄uaret eos hac administratione auferret eis ius suum qō iniustum erat. ¶Scōo p̄z q; faciēdo hoc rex intromittebat se de iurisdictiōe super sacerdotes p̄uādo eos officijs suis:regibus tamen nō ſ aliq̄d agere p̄tra ecclesiasticos viros:iō quāq̄z alias esset bonū:q; tamen vsurpabat iurisdictionē alienā peccabat. ¶Tertio p̄z q; si rex auferret administrationem istam sacerdotibus ꝛ leuitis oportebat q̄ daret eam alicui Laico cum administratio necessario deberet residere penes aliquem:ꝛ tamē laycus non poterat istam administrationeꝫ habere q; occideret a dño q; intromittebat se de p̄tinētibus ad sacerdotes vel leuitas:ergo peccabat auferendo illaꝫ sacerdotibus ꝛ leuitis. ¶Respōdendū est q̄ non peccauit ioas faciendo istud:q; scriptura non vituperat eum hic de hoc ſ potius laudat tanq̄ habentem magnum desiderium ad res diuinas. Scōo p̄z q; dicit̄ supra q̄ ioas fecit rectum coraꝫ dño omnibus diebus quibus docuit eum ioiada ſ nunc docebat eum ioiada:ergo in isto non peccauit. Tertio p̄z q; si peccasset ioas in hoc non fuisset istud approbatū semper ꝛ tractum in consuetudinem:ꝛ tamen istud approbatum est ꝛ consuetum fuit postea inter iudeos omnibus diebus quibus durauit status iudaicus.nam tempore x̄pi hoc obseruabat.ſ. q; non recipiebant sacerdotes ꝛ leuite pecuniam templi ſ mittebat in gazophilacium sicut nunc fit p̄z Mar.xij.ꝛ Luc.xxi.cum dicit̄ q; x̄ps vidit mittētes munera in gazophilacium ꝛ laudauit pauperculam

Concordia litterarū.

Qō.6. A Tēplū qūo idigebat reparatione. Rñsio.

Prima cā.

Scōa cā.

Qō.7. A Unde p̄uenie bat leuitis q; acciperēt pecuniā a trāseūtibus.

Rño.

Prima cō.

Scōa cō.

Tertia cō.

Qō.8. A Arguit p̄.

Secundo.

Tertio.

Rñsio.

Prima rō.

Scōa rō.

Tertia rō.

mittentē minuta duo: ergo nō fuit malū hoc ſz valde laudabile. ¶ Ꝓro quo ſciēdū q̄ ioiada non priuauit ſacerdotes aliquo iure ſuo qō ptineret ad vtilitatem eoꝝ vel ad dignitatē: ꝛ modus fuit q̄ ante hoc leuite ꝛ ſacerdotes recipiebāt oēm pecuniā que inferebaſ in ſanctuariū ſiue illa dareſ p̄ pcio aie. ſ. a tranſeūtibus ad numerū ſiue dareſ ſpōte vel ex alia cauſa ꝛ ipſi miniſtrabāt iſtā pecuniā ad neceſſitates tēpli ꝛ cōfidebaſ eis. poterāt tamē multa fic pdi ptim ꝓpter infidelitatē aliquorū miniſtrātiū ꝛ ptim ꝓpter obliuionē ꝛ negligētiam. ꝛ ſic erat tpe ioas regis: nam ſacerdotes recipiebāt omnem iſtā pecuniaz. ió iuſſit q̄ ſacerdotes ꝛ leuite diſcurreret p̄ oia loca iuda ꝛ reciperēt pecuniā ab illis qui tranſibāt ad numerū. ij. palipo. xxiiij. ꝛ q̄ illā miniſtrarēt ad ſartatecta templi. nūc vero leuite fuerūt negligētes in duob⁹. ¶ Primo q̄ nō diſcurrerūt p̄ loca iuda ad colligendū iſtam pecuniam quā rex iubebat. ij. palipo. xxiiij. Secūdo q̄ receperūt aliquā pecuniā ab eis qui illaz obtulerūt: ꝛ tū de illa nihil reparauerūt in tēplo. ideo rex voluit dare aliuz modum p̄ quē iſta pecunia melius ꝛ diligentius diſpenſareſ ꝛ fecit archam ſiue gazophilaciuz qō poſuit ad portā templi ꝛ fecit predicari p̄ totū regnū iuda q̄ oēs qui tranſibant ad numerum venirent ad mittendū dimidiū ſiclum in archā. ij. palipo. xxiiij. tunc oēs veniebāt. ꝛ nō ſolū fecit rex vt poneret ibi p̄ciū qō debebaſ ab hijs qui tranſibant ad numerū ſz etiā qō ſponte offerebaſ: ita vt nullā pecuniam reciperent leuite. ꝛ tamen nō dedit rex iſtam miniſtrationē aliquibus laicis. ſ. q̄ ipſi reciperent pecuniā ſicut recipere conſueti erant leuite: q̄ tunc p̄iudicaret leuitis: ꝛ etiam peccaret: q̄ miniſterium ſanctuarij dabat laicis. etiā nō p̄eiudicabat leuitis: q̄ nō auferebat eis aliqō ius: q̄ ipſi nō ꝓſequebaſ aliquā vtilitatem recipiendo pecuniā illam cū tota deberet expēdi in vſus ſanctuarij. etiā miniſtratio quā prius habebant leuite circa iſtam pecuniaz non oīno auferebat eis: q̄ ipſi ſacerdotes p̄ſentes erant apud gazophilaciū qñ mittebaſ in illud pecunie: immo ipſi mittebant illas q̄ recipiebāt de manu offerentiū ꝛ cuſtodiebāt ipſi gazophilacium: ſic pz. j. in lra. ſ. mittebantq̄z in eo ſacerdotes q̄ cuſtodiebāt oſtia oēm pecuniā que deferebaſ ad templum dñi. Jté miniſtrabāt ſacerdotes iſtam pecuniā: q̄ ipſi educebant eam de gazophilacio ꝛ numerabāt p̄ſente ſcriba regis ꝛ dabant illā artificibus lignorū ꝛ lapidū. j. in lra ꝛ. xx. palipo. xxiiij. ꝛ ſic parū auferebaſ eis de adminiſtratione iſtius pecunie. ſ. ſolum q̄ nō tenerēt eam penes ſe. ¶ Ad primā rationē in contrariū dicendū q̄ non peccabat rex: q̄ nō auferebat ius ſuum ſacerdotibus: ꝛ dato q̄ in aliquo auferret nō peccabat: q̄ ꝓpter culpaz priuabaſ iure ſuo cum ipſi fuiſſent negligentes in duobus vt ſupra declaratum eſt: ꝛ propter negligentiā priuatur aliquis iure ſuo cum negligentia ſit culpa. ¶ Ad ſecundum dicendum q̄ rex intromittebat ſe de iuriſdictione ſup ſacerdotes: nec ꝓpter hoc ſe intromittebat de iuriſdictione aliena: q̄ non erant diſtincte in veteri teſtamento iuriſdictio eccleſiaſtica ꝛ ſecularis ſed erat vnica iuriſdictio ꝛ rex p̄erat huic iuriſdictioni: ió ipſe habebat poteſtatē ſuper ſacerdotes ꝛ poterat eos occidere p̄ crimine ſicut quoſcūq̄z laicos ꝛ a fortiori priuare eos officijs ſuis ꝛ dignitatibus quantūcūq̄z ille eſſent ſpūales ꝛ deus ſubiecerat ſacerdotes popularibus: patet numeri. xxvij. vbi conſtitutus eſt ioſue in p̄incipem ſecularez q̄ non erat de ſtirpe ſacerdotali nec leuitica cū eſſet de tribu efrayn: numeri. xiij. ꝛ tamē deus dixit q̄ eleazar⁹ ſummus ſacerdos faceret omnia que iuberet ioſue. a fortiori ergo reges haberent poteſtatem ad intromittendū ſe ſuper ſacerdotes cum maior fuerit poteſtas regum q̄z ioſue: vt declaratū eſt in ꝓlogo primo ſuper primū librū huius. ¶ Item pz hoc: q̄ ſalomon erat rex ꝛ eo tempore quo fuit bonus priuauit abiathar ſummū ſacerdotez dignitate ſacerdotali deportando eum vel tradendo in exilium in anathot p̄cedenti. lib. c. ij. a fortiori ergo poterat diſponere rex de alijs miniſtrationibus ſacerdotalibus q̄ñ de maxima eaꝝ poterat diſponere priuando aliquē. Item non ſolum potuit ſalomon priuare abiathar ſummū ſacerdotē dignitate ſacerdotali ſz etiaz poterat eum occidere pro crimine: nam p̄cedenti. li. c. ij. dixit ei vade in anathot ad agrum tuum ꝛ quidē vir mortis es ſed hodie non interficiam te q̄ portaſti archam coram Dauid patre meo: ꝛ ſic ſi non fuiſſet illa cauſa occidiſſet eum: ergo habebat iuriſdictionem ad occidendū ſacerdotes q̄ alias cauſa potiſſima ꝓpter quā dimitteret eſſet defectus iuriſdictionis. Item pz q̄ relegare eſt pena criminalis: ſalomon tamē relegauit ipſuz abiathar vt eſſet in anathot ꝛ non exiret inde ꝛ in omnibus hijs recte agebat: q̄ ſicut dicit poſt hoc p̄cedēti. li. c. iij. Salomō diligebat dñm ꝛ nō deuiauerat a vijs Dauid patris ſui excepto q̄ immolabat in excelſis: ꝛ tū tunc occiderat iam ioab ꝛ relegauerat abiathar ergo nō peccauit. ꝛ ſic habebat ſibi ſalomon iuriſdictionem in ciuilibus ꝛ criminalibus ſup ſacerdotes. ita ergo haberet ioas: ꝛ tamē iſta erat parua miniſtratio: ideo a fortiori haberet iuriſdictionē ad priuādū ſacerdotes illa ꝓpter culpā. ¶ Ad tertiuz dicendū q̄ quāq̄z ioas priuauit leuitas miniſtratione iſta: tū non tradidit eam alicui laycō ſz fecit gazophilaciuz in quo poneret pecunia ꝛ reliquā adminiſtratione ipſis ſacerdotibus reliquit: vt declaratū fuit. ſ. in lra (ꝛ tulit ioiada pontifex gazophilaciuz vnū.) quamq̄z ioiada eſſet ſummus ſacerdos ꝛ erudiret ipſum regem ioas vt pz. ſ. in lra: tamē nunc ioaz increpuit ioiadaz doctorē ſuuz: ꝛ q̄ vidit ioiada ſe ratiōabiliter redargui cō ſenſit q̄ ſacerdotes nō haberēt iam adminiſtrationē pecunie ſicut prius: ꝛ ió cōuentū eſt q̄ fieret vna archa ſiue gazophilacium ꝛ ponerent ibi pecunie ꝛ non acciperent illas ſacerdotes: ꝛ tūc rex iuſſit fieri archā: ꝛ quāq̄z dicaſ hic q̄ ioiada tulit gazophilaciū vnum. nō eſt intelligendū q̄ ipſe illud fieri iuſſerit ſz rex iuſſit: nā ipſe p̄hibuit ſacerdotes accipere pecuniā ꝛ p̄cepit q̄ fieret archa: ꝛ tūc ioiada pontifex duxit archam ad hoc q̄ poneret in loco in quo reciperent pecunie aperuitq̄z foramen deſup. ſ. foramē puū p̄ qō poſſet capi pecunia ꝛ non oporteret aperiri archam quādocūq̄z mittendū eſſet aliquid in ea (ꝛ poſuit illud iuxta altare ad dextrā ingrediē tium domū dñi). i. poſitū fuit iſtud gazophilacium fixuz in terra a p̄te dextra altaris holocauſtoꝝ ad p̄tem p̄ quā ingrediebaſ laici in tēpluz: ꝛ erat iſtud altare holocauſtorū (mittebātq̄z in eo ſacerdotes qui cuſtodiebāt oſtia oēm pecuniam) erant deputati ſacerdotes ad cuſtodiendū oſtia tēpli ꝛ illi recipiebant pecuniā de manu offerentium ꝛ mittebant eam in gazophilacium (que deferebatur ad tēplum dñi). ſ. oēm pecuniā que deferebaſ ad tēplū accipiebāt ipſi ꝛ ſic nō ſoluz accipiebāt pecuniā que dabaſ a tranſeūtibus ad numerū que ex neceſſitate dabaſ: ſz etiā opz aliā pecuniaz que ſponte offerebaſ ita vt laici nunq̄z accederēt ad gazophilaciuz vt ponerēt in eo pecuniā ſz illā leuite ponebāt. ſ. ſacerdotes qui etiā leuite vocaſ. ¶ Quereſ quomō dicit hic qō gazophilaciū erat iuxta altare: cū dicaſ. ij. palipo. xxiij. q̄ poſuerūt iſtam archā iuxta portā dñi foriſecus: ergo erat archa extra tēpluz: ꝛ tamē altare erat intra tēplū in atrio ſacerdotū vt declaratū eſt p̄cedēti. li. c. vij. ergo nō erat archa apud altare. ¶ Reſpondēdū q̄ iſta archa erat iuxta altare ꝛ nō accipiē hic p̄ altari thimiamatis q̄ illud erat intra tēplū ꝓprie dictū: ꝛ illuc nō ſolū nō intrabāt laici ſz etiā nec ſacerdotes introibant niſi ille ſolus qui miniſtraturus erat cremādo thimiama ꝛ incēdēdo lucernas ꝛ hoc ſolū illo tēpore quo iſta officia fiebant: ꝛ tamē apud gazophilacium erant ſacerdotes quocūq̄z tēpore vellent offerre populares: ideo non erat gazophilacium apud altare thimiamatū erat aūt apud altare holocauſtorum. ſ. intra atrium ſacerdotum ꝛ dicebaſ eſſe iuxta portam domini foriſecus ſicut dicitur palipo. xxiiij. q̄ non accipiē ibi porta p̄ portis exterioribus atriorum ſed p̄ porta templi ꝓprie dicti. nam templum ꝓprie ſumptum qō habebat parietes ꝛ tectuz habebat in circuitu ſuo muros altiſſimos intra quos ꝛ ipſum erat magna capacitas loci: ꝛ intra illos muros ꝛ templum erāt quatuor

Bdulta pdunt ex duplici cauſa.

Prima.

Secunda.

Ad primaz rationem.

Ad ſcdam.

Rex hēbat plenā iuriſdictionē ſup ſacerdotes.

Ad tertiū.

Qō. 9. A Gazophilaciū an eſſet iuxta altare vel portam dñi.

Rño.

quatuoꝛ atria.ſ.ſacerdotum ꝛ laicoꝛum ꝛ ſeminaꝛum ꝛ immundoꝛum.habebat autē templum poꝛtam vnicā.ſ. ad paꝛtem oꝛientis de qua pꝛecedenti.li.c.vi.atria veꝛo habebant poꝛtas multas in ciꝛcuitu ꝛ ſic pꝛius introiba tuꝛ peꝛ atꝛia q̄ accederetuꝛ ad poꝛtam tēpli ꝛ inteꝛ om nia iſta atꝛia interius eoꝛum eꝛat atꝛium ſacerdotum qō magis appꝛopinquabat templo ꝛ eꝛat iuxta poꝛtā tēpli. Intꝛa atꝛium ſacerdotū poſitum fuit gazophilaciū ꝛ in eodem atꝛio eꝛat altaꝛe holocauſtoꝛum ꝛ dicebatuꝛ eſſe iſtud gazophilaciuꝫ foꝛinſecus ad poꝛtā domini accipiē do ꝓ poꝛta templi:nam atꝛiuꝫ ſacerdotum eꝛat extꝛa tē plum ꝓpꝛie dictum iō gazophilacium ꝛ altaꝛe holo cau ſtoꝛum que eꝛāt in atꝛio ſacerdotum eꝛant extꝛa poꝛtaꝫ templi ꝛ ob hoc dicebatuꝛ foꝛinſecus non tamen eꝛat fo rinſecus.i. oſo extꝛa templum.ſ.extꝛa atꝛia.ꝛ dicitur ad poꝛtā domini.i.ad poꝛtā templi qꝛ eꝛat poꝛta templi ad latus oꝛientale ꝛ atꝛium ſacerdotum eꝛat cōiunctū poꝛ te templi ex paꝛte oꝛientis: ideo gazophilacium qō eꝛat intꝛa atꝛium ſacerdotum dicebatuꝛ eſſe ad poꝛtam tem pli ꝛ dicitur hic qꝛ eꝛat ad dextꝛam ingꝛedientiuꝫ domū domini qꝛ eꝛat aliqualiteꝛ veꝛſus ſeptētꝛionem ꝛ intꝛo euntes ibant diꝛecti a poꝛta atꝛij veꝛſus poꝛtam templi ꝛ manebat gazophilacium ad paꝛtem dextꝛam eoꝛū.

Qō I. A An ſacer-dotes mit-terēt pecu-niā i archa cū dicaſ qꝛ eꝛāt pꝛiua-ti admini-ſtratōe ei⁹.

¶Queꝛeꝛ vlteꝛius quomō dicīt hic qꝛ ſacerdotes mit tebant hic pecuniam in aꝛcham qꝛ ſupꝛa dictū eſt qꝛ ipſi fuerunt pꝛiuati adminiſtratione huius pecunie dicente rege nolite ergo amplius accipeꝛe pecuniam iuxta oꝛdi nem veſtruꝫ. ¶Reſpondendū qꝛ ſacerdotes recipiebāt pecuniam ꝛ mittebant eam in gazophilacium: ꝛ tñ ſem peꝛ ſtabat mandatū regis qꝛ ipſi non acciperēt pecuniā qꝛ ante hoc ſacerdotes conſueueꝛant recipeꝛe omnē pe cuniam ꝛ tenere in poteſtate ſua nec eꝛat aliquod gazo phiacium in quo poneꝛet ꝛ qꝛ ipſi fuerunt negligentes in colligendo pecuniam a populo ꝛ in faciēdo ſartatecta rex fecit vt ipſi non acciperent pecuniam.ſ.ponendo eaꝫ penes ſe ſicut pꝛius ſꝫ qō fieret gazophilaciuꝫ in quo po neretuꝛ ꝛ tamen gazophilacium illud mittebaſ peꝛ ma nus ſacerdotum.ratio huius eꝛat qꝛ gazophilaciuꝫ eꝛat intꝛa atꝛium ſacerdotum cum dicaſ eſſe iuxta altaꝛe vt pꝫ in lꝛa ꝛ tamen in atꝛium ſacerdotum non ingꝛediebā tuꝛ niſi ſacerdotes ideo opoꝛtebat qꝛ ipſi acciperent pe cuniam de manu laicoꝛum ꝛ ponerent eam in gazophi lacio cum non liceꝛet laicis accedeꝛe vſqꝫ ad gazophila ciuꝫ.

Qō II. A An ſacer-dotes eēnt cuſtodes o-ſtioꝝ vel le uite.

¶Queꝛeꝛ vlteꝛius quomō dicīt hic qꝛ mittebāt pecuniam in gazophilacium illi ſacerdotes qui eꝛant cu ſtodes oſtioꝛum nā non eꝛant ſacerdotes cuſtodes oſtio rum ſꝫ leuite:qō pꝫ qꝛ pꝛimo paliꝑ.xxvi.ponunt oēs di uiſiones ianitoꝛum ꝛ quot eꝛant ianitoꝛes in q̄libet poꝛ ta ꝛ tamen oēs illi eꝛant leuite vt pꝫ ibidem. ¶Aliquis ꝛeſpondebit qꝛ ſacerdotes non eꝛant cuſtodes oſtioꝛū ſꝫ ſoli leuite. ꝛ vbi dicīt hic cuſtodes oſtioꝛum deberet dici cuſtodes aꝛgenti vel vaſoꝛū:naꝫ in hebꝛeo ponitur hic nomen equinoctiuꝫ ad poꝛtā ꝛ ad vaſa ꝛ hebꝛei exponūt de vaſis.ſ.qꝛ cuſtodes vaſoꝛum ſuſcipiebant iſtam pecu niam ꝛ tunc nō eſt inſtantia de oſtijs qꝛ nulla oſtia cuſto diebant ſacerdotes. ¶Sed dicendū ſcōm ꝛam noſtraꝫ ꝛ ꝓpꝛietatē nominis hebꝛei qꝛ ſacerdotes vocant hic cu ſtodes oſtioꝝ potius q̄ vaſoꝛum:nam ſacerdotes nō eꝛant cuſtodes vaſoꝛum aꝛeoꝛum ꝛ aꝛgenteoꝝ templi dñi ſꝫ leuite eꝛant cuſtodes omniū theſauꝛoꝝ vt pꝫ.j. paliꝑ.vi.ꝛ.xxvi.dicendum tamē qꝛ ſacerdotes eꝛāt cu ſtodes poꝛtaꝝ non quidē ipſius atꝛij ꝑ ciꝛcuitum ſed ſolum atꝛij ſacerdotū. ¶Ꝛo quo ſciendum qꝛ muꝛus exꝛ teꝛioꝛ templi claudens intꝛa ſe oīa atꝛia habebat poꝛtaꝫ ad quatuoꝛ ventos ꝛ intꝛa iſta atꝛia ꝓpe poꝛtam templi eꝛat atꝛium ſacerdotū qō eꝛat minus alijs habens oſtia ꝑ que ingꝛediebantuꝛ ſacerdotes ꝛ eꝛat oſtiū iſtius atꝛij a pte oꝛientali eius. leuite autē eꝛant ianitoꝛes poꝛtaruꝫ muꝛi exꝛioꝛis claudentis in ſe omnia atꝛia ꝛ ideo cum iſtud haberet poꝛtas ex omni pte leuite cuſtodiebāt ia nuas ad omnes ventos. ꝛ ponunt quatuoꝛ poꝛte.ſ.oꝛiē talis occidentalis meꝛidiana aquilonaꝛis vt pꝫ.j.paliꝑ. xxvi.oſtiū autem qō eꝛat in atꝛio ſacerdotū ꝑ qō introi-bant ipſi ſacerdotes nō cuſtodiebaſ a leuitis ſꝫ a ſacerdo tibus qꝛ ipſis leuitis non liceꝛat intꝛaꝛe intꝛa atꝛium ſa cerdotum: ꝛ tñ ſi ipſi cuſtodiꝛent oſtium atꝛij ſacerdotuꝫ ꝛ deberent ponere pecuniā oblatā in gazophilacio opoꝛ tebat qꝛ intꝛoiꝛent in atꝛium ſacerdotum qō eꝛat contꝛa officium ſuum. Ideo dicēdū qꝛ iſti cuſtodes oſtioꝝ eꝛāt aliqui ſacerdotes qui ponebant a ceteꝛis vt eſſent apud poꝛtā atꝛij vt venientibus laicis vſqꝫ ad oſtium atꝛij ſa cerdotum ad offeꝛendū ipſi acciperēt pecuniā de manu eoꝝ ꝛ ponerent in gazophilacio ꝛ quia ſemper iſti ꝛerāt ad oſtium expectando eos qui veniebant ad offeꝛendū vocabantuꝛ cuſtodes oſtioꝝ.

† ¶Cunqꝫ videreut)hic ponit tertiū huius ptis in quo opus neglectum diligenteꝛ pficitur:naꝫ poſtq̄ꝫ rex incre puit negligentiam leuitaꝝ ꝛ poſitum fuit gazophilaciū congregata fuit ſubito multa pecunia de qua facta ē re paratio templi ꝛ dicīt(cumqꝫ viderent nimiā pecuniam eſſe in gazophilacio)iſtud videbant illi ſacerdotes q po nebant eam(aſcendebat ſcriba regis ꝛ pontifex ꝛ effun debant ꝛ numeꝛabant pecuniam)iſtud fiebat ad tollen daꝫ omnē ſuſpicionē.non enim apeꝛiebaſ gazophilaciū niſi pꝛeſente ſcriba regis ꝛ effundebaſ atqꝫ numeꝛabaſ pecunia iſta:fiebat autē ſic qꝛ qñ gazophilaciuꝫ haberet pecuniam multam aſcendebat ſcriba regis ꝛ ioiada pō tifex ad locum gazophilacij ꝛ poꝛtabaſ inde p manus le uitaꝝ ad domū regis ꝛ coꝛaꝫ rege effundebaſ pecunia ꝛ dabaſ facientibus opus templi.ij.paliꝑ.xxiij.ſ.cūqꝫ tempus eſſet vt deferrent aꝛcham coꝛā rege ingꝛedieba tuꝛ ſcribe regis ꝛ quē pꝛimus ſacerdos ꝓſtituerat effun debantqꝫ pecuniam que eꝛat in aꝛcha.poꝛro aꝛchaꝫ poꝛ tabant in locum ſuum ſic fiebat p ſingulos dies(q̄ inue niebatuꝛ in domo dñi).i. que inueniebatuꝛ in aꝛcha qꝛ non poterant effundeꝛe de aꝛcha niſi pecuniaꝫ que in ea eꝛat ſꝫ dicīt qꝛ effundebant ꝛ numeꝛabant pecuniā que inueniebaſ in domo dñi qꝛ nulla alia pecunia eꝛat in do mo dñi niſi illa que ponebaſ in gazophilacio licet eſſent multa vaſa aurea ꝛ aꝛgentea in theſauris domus domi ni que ſeruabant ꝑ leuitas.j.paliꝑ.vi.ꝛ.xxvi.(ꝛ dabāt eam iuxta numeꝛum atqꝫ menſurā in manu eoꝝ qui ꝑ erant cementaꝛijs domus dñi)qū effundebatuꝛ pecunia dabatuꝛ ꝓpoſitis operū tēpli vt ipſi ex illa pecunia face rent ſartatecta reſtauraꝛi ꝛ iſti pꝛepoſiti ſiue eſſent leui te ſiue laici nō differebat qꝛ pꝛeeſſe operibus nō eꝛat mi niſtratio aliqua ſacra nec iuriſdictio ſꝫ ſolum eꝛat quidā labor vel opus. Ideo ſicut non opoꝛtebat qꝛ illi qui re ſtaurabāt ſartatecta eſſent leuite vel ſacerdotes ita ꝛ ipſi qui ꝑerant operantibus non opoꝛtebat qꝛ eſſent ſacerdo tes vel leuite.pꝫ hoc qꝛ illi qui fecerūt omnia vaſa ſan ctuaꝛij a pꝛincipio laici eꝛant.ſ.beſeleel de tribu iuda ꝛ oliab de tribu dan exoꝺ.xxxi.ꝛ.xxxv.etiam ille qui fuit potioꝛ edificatoꝛ in templo ſalomōis laicus eꝛat immo qō plus eſt non eꝛat de ſtiꝛpe iſꝛaelitaꝝ ſꝫ de ſtiꝛpe tiꝛioꝝ quāq̄ꝫ mateꝛ ſua eſſet de ſtiꝛpe iſꝛael ꝛ vocabatuꝛ yꝛam vt pꝫ pꝛecedēti.li.c.vij.ꝛ.ij.paliꝑ.ij.ita eꝛgo nunc eſſet de ipſis ꝓpoſitis operum. ꝛ iſti dicebant ꝑeſſe cemē tarijs. Vocant enim ꝓpꝛie cementaꝛij illi qui domoꝝ fundamenta ponunt que nos cementa appellamus ꝛ tñ large vocant cementaꝛij oēs domificatoꝛes vel repaꝛa toꝛes domoꝝ(qui impendebant eam in fabꝛis ligno rum ꝛ in cementaꝛijs hijs qui opeꝛabant in domo dñi) ſ.ꝓpoſiti operum dabant pecuniam fabꝛis lignoꝝ.i.caꝛ pentaꝛijs ꝛ cementaꝛijs.i.domificatoꝛibus ꝛ hoc taꝫ ꝑ laboꝛe ſuo quā ad pꝛeciuꝫ mateꝛia rū emendaꝛū.ſ.ligno rū ꝛ lapidum ꝛ aliaꝝ reruꝫ(ꝛ ſartatecta faciebāt).i. iſti cementaꝛij ꝛ fabꝛi lignoꝝ faciebant ſartatecta.i.re paꝛationes domus(ꝛ hijs qui cedebant ſaxa)eꝛant ne ceſſaꝛia ſaxa qꝛ magnam paꝛtem atꝛioꝝ ꝛ templi domi ni deſtꝛuxeꝛat athalia ꝛ filij eius ꝛ ꝑ illa ruꝛſus lapides poliebantuꝛ ꝛ ponebantuꝛ in loco pꝛioꝝ ſic patet.ij.pa ralipo.xxiij.ſ.athalia enim impyiſſima ꝛ filij eius deſtꝛu xeꝛant domum domini(ꝛ vt emeꝛent ligna ꝛ lapides qui excidebantuꝛ).i.de iſta pecunia emebantuꝛ ligna ꝛ lapides:qꝛ iſta in magna quantitate neceſſaꝛia eꝛant cū

athalia ꝛ filij sui dedissent magnas ruinas tẽplo ꝛ atrijs (ita vt impleretur instauratio domus domini).s.expendendo ꝑ istum modum pecuniã in artifices ꝛ emendas materias complebaꝯ instauratio domus domini(in vniersis que indigebant expensa ad muniendũ domum) i.nõ solum expendebaꝯ pecunia in bijs ſ3 etiam in omnibus alijs que indigebãt expensis:nam emebaꝯ ferruꝫ ꝛ es ꝛ conducebãtur fabrisferrarij ꝛ erarij ad faciendum opera in ferro ꝛ ere.sic p3.ij.palipo.xxiij.s.ꝛ illi conducebant ex ea cesores lapidũ fabros quoqꝫ ferri ꝛ eris vt qõ cadere ceperat sulcirent:ꝛ suscitauerũt domuꝫ domini in statũ pristinũ ꝛ eam firmiter stare fecerũt(verũ tamen non fiebant ex eadem pecunia idrie templi dñi)ponitur hic quedã limitatio sumptuũ.s.quid fieret ex ista pecunia:ꝛ dicit ꝙ quãꝯꝫ ista esset pecunia templi: tũ nõ fiebant ex ea omnia vasa ꝛ opera templi:ſ3 solum fiebat reparatio eorũ que corruerãt ꝛ non emebanꝯ aliqua vasa ꝑ domo dñi ex bijs. ¶Vocanꝯ autẽ ydrie quedaꝫ vasa templi in quibus seruabatur oleũ vt arderet semper coram domino etiam vt fierẽt ex illo quotidie libamẽta ꝑ sacrificijs quotidianis.s.matutino ꝛ vespertino:nã in oĩbus sacrificijs nisi essent ꝓ peccato ponebantur libamenta numeri.xv.ꝛ.xxviij.ꝛ.xxix.erant autẽ libamenta oleum vinum simila sal ꝛ thus vt p3 leui.ij.ꝛ numer.xv.alij volunt ꝙ idrie sint quidam magni cantbari rotũ di facti de ere locati sup baſes ꝛ vocanꝯ luteres:de quorũ fabricatione p3 ꝓcedenti.li.c.vj.ꝛ istis ꝙuenit vocari ydrias:qꝛ erant magni ꝛ pleni aqua ad abluendum ibi carnes sacrificioꝝ. Sed dicendũ ꝙ ydrie nõ accipiũtur hic ꝓ luteribus ſ3 ꝑ vasis olei:qõ p3: qꝛ ꝓcedenti.li.c.vij.distingunꝯ luteres ꝛ ydrie ꝛ hic vocanꝯ ydrie: ergo non erãt luteres. Scõo p3 qꝛ luteres erãt vasa enea siue de auricalco:ydrie autẽ erãt vasa aurea.de luteribus p3 ꝓcedenti.li.c.vij.de ydrijs etiaꝫ p3 ibi:quia dicit ꝙ fecit ydrias ꝛ fuscinulas ꝛ fialas ꝛ mortariola et turibula ex auro.hic etiam dicitur ꝙ non fiebant ex eadeꝫ pecunia ydrie templi domini ꝛ omne vas aureũ ꝛ argẽteũ:ergo ydrie auree vel argentee erant ſ3 luteres erãt enei:ergo ydrie non sunt luteres. Tertio p3 quia ydrie accipiũtur hic ꝑ eodem ꝛ ꝓcedenti.li.c.vij.qõ p3 qꝛ hic ponunꝯ simul ydrie ꝛ fuscinule ꝛ turibula ꝛ ẽt ponũꝯ simul ibi: ꝛ tamẽ ibi distinguntꝯ ydrie a luteribus:ergo nõ sunt hic ydrie luteres(ꝛ fuscinule.) ¶Vocanꝯ fuscinule quedã instrumenta ferrea ad extrabendũ carnes de olla:ꝛ aliqñ vocanꝯ tridentes qꝛ tres dentes habent vel vnci:qꝛ sunt curue fuscinule in extremo ad rapiendũ ꝛ tenendũ carnes. ¶Vocanꝯ aũt fuscinule quia sunt fusce.i.nigre ꝓpter fumũ ꝛ inquinamenta coquine.ꝛ ista etiaꝫ erant in templo domini:quia coquebanꝯ ibi carnes sacrificiorũ pacificorũ ꝛ dabantur oĩa vasa necessaria ad istum vsuꝫ.s.olle ꝛ cacabi ꝛ oĩa similia(ꝛ thuribula)ista erãt quedã vasa enea ꝛ vt quidam volunt desuper habentia laminaꝫ auri ꝛ ponebanꝯ in eis primicie q̃ accipiebanꝯ de altari holocaustorum ꝛ introducebanꝯ a sacerdotibus in tẽplũ ad altare thimiamatuꝫ ꝛ ponebaꝯ thimiama super prunas in altari in illis thuribulis ꝛ ardebat ibi bis in die i aurora ꝛ in vespere:vt p3 exoõ.xxx.(ꝛ tube)iste erãt tube argentee quas deus iusserat moysi in deserto facere: ꝛ ipse iussit tunc fieri duas:postea tamẽ multe facte sunt ꝛ iste erant ad multos vsus.s.ad congregãdũ principes ad consilium vel ad conuocandũ populum ꝛ ad mouendus castra ꝛ ad clangendũ in bello ꝛ ad iubilandum in diebus solemnibus tempore sacrificiorũ vt p3 numeri.x.ꝛ iste tube erãt sacre nec licebat cuiq̃ clangere in illis nisi sacerdotibus vt p3.e.c.(omne vas aureũ ꝛ argenteũ de pecunia que inferebaꝯ in templũ dñi).i.oĩa vasa aurea ꝛ argentea vel quecũqꝫ alia in tẽplo non emebantur ex eadẽ pecunia sed solũ fiebat reparatio ruynarũ(bijs enim qui faciebant opus dabaꝯ).s.non emebanꝯ aliqua vasa de ista pecunia qꝛ tota dabaꝯ facientibus opus restaurationis(vt instauraret templum dñi).s.istud erat valde necessarium:iõ non expendebaꝯ pecunia in alios vsus sed solus in restauratione domus. ¶Queretur quomodo dicit hic ꝙ ex ista pecunia non fiebant ydrie nec alia vasa ſ3 solũ reparatio dom⁹:qꝛ.ij.palipo.xxiij. dicitur de tulerũt coram rege ꝛ ioiada reliquã partes pecunie de qua facta sunt vasa templi in ministerium ꝛ ad holocausta phiale quoqꝫ ꝛ cetera vasa argẽtea ꝛ aurea. ¶Respondendũ est ꝙ eo tempore quo fiebat ista reparatio non emebantur ex ista pecunia vasa aliqua ꝓ tẽplo sed solum expendebatur in vsus reparationis:qꝛ reparatio erat magis necessaria quam emptio vasoꝝ postq̃ tamen tota reparatio expleta est pecunia residua data fuit ad emendum vasa sic p3.ij.palipo.xxiij.s.cumqꝫ complessent omnia opera detulerunt coram rege ꝛ ioiada reliquam partem pecunie de qua facta sunt vasa. ¶Cũ autem dicit hic ꝙ non emebantur ex eadem pecunia:dicendũ ꝙ verus est ꝓ eo tempore quo fiebat raparatio ꝛ tamẽ cessante reparatione ista pecunia versa est in vtilitatem quãcunqꝫ templi.s.in emendo vasa ꝛ quoscunqꝫ ornatus templi.ꝛ ratio huius est:qꝛ ista pecunia erat tẽpli ideo expendi debebat in necessitates quascũqꝫ tẽpli ꝛ cum emere vasa esset opus tẽpli sicut reficere que corruerant vel ruitura erant emerentꝯ vasa de illa.ſ3 in hoc fuit sola discretio administrantis:qꝛ opus patris familias prudentis est cum non potest simul omnibus defectibus domus sue occurrere ꝙ occurrat illis quorum necessitas maior est:ꝛ sic erat nũc qꝛ maior erat necessitas reficiendi que corruerant q̃ emendi vasa de nouo.

¶Quereꝯ vlterius cum nunc non emerentꝯ vasa de eadem pecunia de qua emebanꝯ necessaria ad restaurationem de qua pecunia emerẽtur vasa. ¶Aliquis dicet ꝙ nunc nulla vasa empta sunt : qꝛ nulla erant necessaria. Sed istud non stat:qꝛ si non essent aliqua vasa necessaria nõ emissent illa rex ꝛ põtifex:ꝛ tũ illico vt completa est restauratio empta sunt vasa.ij.palip.xxiij. ¶Aliquis dicet ꝙ vasa erant necessaria ꝛ emebanꝯ tũc: tamẽ istud erat de alia pecunia qꝛ habebat templũ aliam pecuniã. ¶Sed tunc dicetur ꝙ pecunia erat ista. Et respondebitur ꝙ erat pecunia que colligebaꝯ de populo conueniẽte ad locũ sanctuarij in festo tabernaculorum in die octauo q̃ vocabatur cetus ꝛ collecte leuiter.xxij.ꝛ deuter.xvi.dicebatur enim dies cetus quia totus populus congregabatur in vnum vt peteretꝯ ab eis pecunia ꝛ vocabaꝯ dies collecte qꝛ colligebaꝯ pecunia de singulis. Sed dicendũ ꝙ nulla istarũ positionuꝫ stat:de prima p3 quia non est verisimile ꝙ nõ essent necessaria vasa aurea ꝛ argentea in templo:quia athalia impijssima ꝛ filij sui fecerant duo mala in templo.s.diruerant quasdã partes eiꝰ ꝛ abstulerant magnã partem diuitiarum ꝛ vasorũ eius ad ornandum templum Baal ꝛ etiã ꝓ se ipsis cum essent ydolatre:vtrunqꝫ p3.ij.palipo.xxiij.s.athalia enim impijssima ꝛ filij eius destruxerãt domũ domini.s.faciẽdo ruinas in eo ꝛ hoc de primo ꝛ de vniuersis que sanctificata fuerant templo dñi ornauerant templũ Baal ꝛ hoc de secundo.sicut ergo necessaria erat reparatio ꝓpter ruinas quas fecerat athalia ita necessaria erat emptio vasorum:quia athalia abstulerat vasa templi domini ad ornandum templuꝫ Baal. Secũdo p3 quia mox vt completa est restauratio fecit rex qõ de pecunia illa emerentur vasa ad ministrãdum.ergo tantũ vel ꝓxime erant vasa necessaria ꝛ restauratio ruinarum. Secunda positio non stat:qꝛ dicunt isti ꝙ pecunia que colligebatur in die cetus ꝛ collecte erat ꝓ vasis emẽdis:ꝛ tamẽ hoc falsuꝫ est:qꝛ potius asseritur ab omnibus ꝙ erat ad necessitates sacrificiorũ.s.vt inde emerentur animalia ꝛ libamenta ꝑ quotidianis sacrificijs q̃ erant de necessitate ꝛ fiebant de expensis templi. Secundo patet qꝛ si illa pecunia collectarũ separata esset ad emendũ vasa ꝑ sanctuario nunquã emerentꝯ vasa nisi de eadeꝫ pecunia ꝛ tamen completa restauratione de eadeꝫ pecunia empta sunt vasa aurea ꝛ argentea.ij.palipo.xxiij.ergo nõ erat aliqua pecunia specialiter separata ad emendũ vasa. Tertio patet qꝛ si pecunia cetus ꝛ collecte eẽt specialiter separata ad emenduꝫ vasa ita pecunia que haberetur a transeuntibus ad numerũ ꝛ ab offerentibus sponte esset

A An ex ista pecunia fierent ydrie et alia vasa aut solũ reparatio tẽpli. Rñsio.

Qō.Iꝫ. A De qua pecunia empta fuerũt vasa.

Ꝓma opi.

Cõfutatio.

Scõa opi.

Dubitatio

Rñsio.

Cõtra oĩs opiniones has. Contra primam ꝓpo.

Secundo.

Contra secũdam ꝑ.

Secundo.

Tertio.

† Ydrie erãt quedã vasa templi.

† Fuscinule quid.

D Thuribula quid.

† E Tube ad qd erant.

† † † †

Qō.Iꝫ.

†(Tullit aūt.)hic ponit quartū huius.c.ſ.temeritas achaz in adulatione:nam vt cōplaceret regi assirioꝝ fecit multa ꝓtra legē dei de quibus infra ꝛ dī(tullit autez rex achaz celatas bases ꝛ luterem qui erat desup)erant enim facti luteres multi enei ꝛ pulchri qui erant ad modum magnorū cantarorū ꝛ erant decem factēqz sunt ei decem bases enee pulchre cum rotis de quarū fabricatura ꝛ ipsoꝝ luterū habeꝫ ꝑcedenti lib.c.vy.ꝛ ob hoc vocant celate bases.i.sculpte:qꝛ celare est sculpere vel pingere iuxta illud Ouidy.y.metha.ſ.equora celarat medias cingētia terras.i.in domo solis sculpserat mulciber qūo equora claudebant terras in medio:in istis luteribus erat aqua ad abluendū carnes sacrificiorū.ꝛ ponitur hic luter singulariter ꝑ plurali:quia dī ꝙ tulit bases celatas ꝛ luterē qui erat desup:ꝛ tū vnus luter sup multas bases nō erat sed singuli luteres super singulas bases vt patet precedenti lib.c.vy.(ꝛ mare deposuit de bobus ereis qui sustentabāt illud)istud erat mare eneum quod erat vas rotūdū in modū emispherij locatū super duodecim boues ꝛ capiebat duo millia batos de aqua. tulit aūt illud de bobus ereis super quos sustentabatur ꝛ posuit in terra(ꝛ posuit super pauimentum stratum lapide)istud pauimētū erat solū ipsius atrij sacerdotū qđ erat stratum lapide.i.habebat pauimētū de lapide ꝛ in illo posuit luteres ꝛ mare ita vt essent inutilia(musach quoqz sabbati quod edificauerat in templo)ideſt abstulit musach de loco suo ꝛ istud edificatū fuerat a rege.de isto musach cōmuniter dicunt expositores nostri ꝛ glosa ordinaria ꝙ erat quidam locus super quē ponebātur oblationes regis q̄s facere debebat in sabbato vel erat gazophilacium in quo rex singulis sabbatis ponebat pecunias vt inde fierent sacrificia pro ipso. Hebrei aūt dicunt vt iRa.sa.ꝙ musach erat quidam locus factus in atrio virorum pulchre opertus in quo rex sedebat qñ veniebat in sabbato ad templum.ꝛ istud' videl eē verisimilius propter duo.)Primo quia musach ſm significationē suā propriā significat opertoriū et sic intelligitur ꝙ erat opertoriū facto pulchro opere sub quo erat sedes regis ad sedendū in sabbato. Secundo pz:qꝛ dicit musach sabbati ꝛ ingressum regis cōuertit in templum sed ingressus erat via aliqua ꝑ quā introibat in templū:ergo musach erat aliquid ptinens ad viaz illam. Vel pōt dici ꝙ musach nihil erat nisi opertoriū:quia de atrio regis ad templū procedebat quedā via operta per quaz transibat rex qñ ibat in templū ꝛ non videbatur:ꝛ illud opertoriū postea destruxit Achaz ꝛ etiam introitum ipsum.de isto introitu videl intelligi quod habeꝫ ꝑcedēti li.c.x.ſ.fecit rex de lignis thinis fulcra domus domini ꝛ domus regie:illa tū fulcra erant quidā gradus per quos ibaꝫ de domo regis in domū dñi(ꝛ ingressum regis exterius ꝙuertit in tēplū dñi)iste ingressus erat via occulta de palatio regis vsqz ad templū ꝑ quā rex procedebat ad templum ꝛ patet:quia dicitur ingressus exterius.i.ingressus qui incipiebat a parte exteriori templi scilicet a domo regis conuertit in templum ideſt clausit ex parte exteriori:ꝛ fecit ꝙ ille introitus non respiceret tam partem exteriorem ꝑ quā aliquis posset ingredi sed soltū partem interiorē:ꝛ sic erat iam inutilis ille ingressus qꝛ erat clausus(propter regē assiriorꝝ).i.omnia hec fecit achaz propter regem assiriorum.

(Quare achaz deposuit luteres et mare eneum de locis suis. Qō.xvi.

Queretur ad qd fecit achaz ista.ſ.deponendo luteres ꝛ mare eneū de locis suis. Qō.16. A

(Rñdendū ꝙ oia hec fecit ad contēnendū cultum dñi:nā.y.pali.xxviy.dī de achaz ꝙ tpe angustie sue auxit cōtēptū in dño.ꝑ oia aūt hec cōtēnebatur cultus dei: pz primo de altari:nā altare qđ factū fuerat ad sacrificā dum dño fecit auferri de loco suo vt iam non esset vtile ad aliquē vsum sed oēs administrationes fierent in altari nouo:ꝛ istud erat ad honorem deoꝝ damasci ideo totus cultus sacrificioꝝ erat iam ad honorem deorum damasci.abstulit autē luteres de vsibus suis:quia luteres erant cantari magni plem aqua in quibus intingebant carnes que cremabantur in altari:ꝛ ad hoc erant positi super bases quia non poterant se tenere nisi essent in basibus ꝛ sicut nolebat achaz ꝙ offerrentur sacrificia deo sed dys damasci:ita nolebat ꝙ alique cerimonie q̄ obseruabant in cultu dei tenerent nūc in cultu deorū damasci:luteres aūt positi super terram nō solū non poterāt tenere aquā ad ministrationē priorē sed ēt erant ꝓtēptibiles.ſ.dispersi per terram tanq̄ nullius valoris ꝛ ista erat intentio achaz.ſ.vilificare cultū dei ꝛ augmentare cultum deorum damascenorum.mare aūt eneum deposuit de bobus super quos tenebatur quia illud erat vas factū in modū emispherij ad cōtinendum aquas vt ibi lauarent sacerdotes qñ ministrare deberent:ꝛ nunc volebat achaz ꝙ non esset in eo aqua vt lauarentur sacerdotes:quia intendebat ꝙ non seruarētur alique ceremonie cultus diuini ſm legem.ꝛ ad hoc conueniebat deponi mare de bobus ꝛ poni super pauimentū qꝛ tunc non posset tenere aquā:etiā significareꝫ ꝙ iam erat inutile ꝛ contemptibile ad nullum vsum proficiens. Introitum autem templi clausit per quem rex intrabat ad significandum ꝙ nolebat iam intreire sed volebat constituere altaria in alijs locis:nam in omnibus angulis Hierusalem fecit altaria.et incepit contēptus dei in achaz hoc modo ꝙ prius abstulit vasa sacre ministrationis vt non ministraretur in eis.deinde confregit omnia illa.postea clausit portas templi vt nullus posset illuc introire ꝛ accepit thesaurum domus domini.deinde fecit altaria in omnibus angulis Hierusalez ꝛ in omnibus ciuitatibus iuda.de primo patet hic.de secundo patet.y.paralipo. xxviy.ſ.direptis itaqz achaz omnibus vasis domus dei atqz confractis clausit ianuas templi dei ꝛ fecit sibi altaria in vniuersis angulis hierusalem in omnibus quoqz vrbibus iuda extruxit aras ad cremandum thus.

(Queretur vlterius quomodo fecit omnia ista Achaz propter regem assiriorū.ꝛ primo pz ꝙ non fecerit ꝓpter illū:quia ipse fecit altare ad similitudinem altaris damasci.supra in littera ꝛ tū damasceni erāt siri ꝛ non assirij: ergo non fecit propter regē assiriorū. Secundo patet qꝛ y.paralipo.xxviy.dixit achaz dy regū sirie auxiliantur eis quos ego placabo hostys ꝛ tunc fecit eis altare. Tertio patet:quia nō proficiebat ad aliquid ipsi regi assirio rū ꝙ achaz coleret aliquos deos vel ꝙ mutaret vasa cerimoniaꝝ dñi. (Rñdendū ꝙ fecit omnia ista achaz ꝓpter regē assiriorū vt adulareť sibi:nā rex assiriorū colebat idola:voluit ergo achaz colere idola sicut ille ꝛ sic dirigeret eum qꝛ erat sibi similis in modo colendi:et propter eum dimiserat ritum gentis sue vt coleret deos quos colebat rex assiriorum.hoc autem erat quia achaz ponebat totam spem suam in rege assiriorum et volebat ei per omnia complacere. Vel potest dici ꝙ rex assiriorum dixerat ipsi achaz ꝙ coleret deos quos ipse colebat ꝛ propter hoc reliquit cultum dei abyciendo vasa eius. Vel potest dici ꝙ hoc fecit achaz increpitus ab aliquibus de siris et assirijs qui irridebant deum iudeorum et colebant aliquid qđ nō videbatur:cū cetere

Qō.17. A

Achaz an fecit predicta pp regē assiriorū.

ꝙ nō prio.

Secūdo.

Tertio.

Rño pria.

Secūda.

Tertia.

Uersus iuuenalis.

gentes colerent deos quos videbant. Sic enim aliq de poetis r antiquis sapientibus irriserunt cultū hebreoꝝ vt patet per iuuenalē in satira que incipit: plurima sunt fuscine fama digna siniſtra: in qua r in sequēti satira reprehendit varios ritus gentium r dicit ibi de iudeis: quidam sortiti metuentem sabbata patrē nil preter nubes r celi numē adorāt nec distare putāt humana carne suilam: qua pater abstinuit mox r prepucia ponunt: romanos autem soliti contemnere leges iudaicum ediscunt r seruant ac metuunt ius tradidit arcbano quodcunqꝫ volumine Moyses: r irridentur ibi de custodia sabbati cum dicitur. sed pater in causa est cui septumana quegꝫ fuit lux ignaua r partem vite non attigit vllam. Sic forte nunc acbaz cōmunicans cum gentilibus r irrisus ab eis propter cultum mosaicum cepit dimittere cultuꝫ dei r sequi vias gentiliuꝫ r sic complaceret regi assirie.

Ad primaz rōnē in contrarium.

¶ Ad primam rationem in contrarium dicendū q̄ non fecit omnia ista propter regem assiriorum sed solū amouit vasa sancta de loco suo r fecit q̄ non fieret in eis aliqua ministratio r etiam clausit templum: r tamen altare nouum non fecit propter regem sirie sed ꝓpter deos damasci quod satis apparet ex littera: nam solum littera refert ad regem assiriorum ista amotiones vasorum de locis suis r clausionem templi.

Ad scōm.

¶ Ad secundam rationē que coincidit cum prima dicendū q̄ primum motiuum acbaz recedendi a cultu dei fuit propter deos damasci: quia illi adiuuabant reges sirie r putauit acbaz q̄ etiā adiuuarent eum: ideo voluit colere eos. deinde autem voluit complacere regi assiriorum r propter eum abstulit cultum domini.

Ad tertiū.

¶ Ad tertiam rationem dicendum q̄ q̄ꝫcunqꝫ non esset aliqua vtilitas regi sirie q̄ acbaz relinqueret cultum dei: tamen forte gaudebat in boc: quia inter amicos debet esse ꝯcordia r potissime circa ea que sunt precipua in vita vt patet. viij. ethico. r quia cultus dei est de maximis operibus hominis: amici debent concordare circa vnitatē cultus: patet hoc: quia. viij. ethicoꝝ dicitur q̄ dijs r parētibus non possumus reddere equalia: r comparatur obligatio que est ad deum obligationi que est ad parentes: r tamen ad parentes est obligatio maxima: ideo etiam ꝑm positionem gentiliū qui nō cognouerunt veram deitatem: obligatio ad cultum dei est de maximis: r tamen inter amicos debet esse concordia circa res maximas vt patet. viij. ethicoꝝ ideo cum acbaz vellet esse amicus regis assiriorum volebat concordare cum eo in modo colendi: r quia rex assiriorum colebat idola voluit deserere cultum dei vt coleret idola sicut ille: et in boc putabat q̄ ei magnum obsequium prestaret quāq̄ꝫ non sequeretur aliqua vtilitas in pecunia (reliqua autem verborum acbaz r omnia que fecit) scꝫ non habentur bic omnia gesta r dicta sua sed in alijs libris (nonne bec scripta sunt in libro sermonum regum iuda) quasi dicat ibi scripta sunt cum gestis aliorum regum iuda. ij. paralipo. xxviij. habentur alia gesta acbaz: r tamen adbuc ibi non habentur complete: ideo remittitur ibi ad librum sermonū regū iuda sicut bic remittit r ex boc apparet q̄ liber sermonum regum iuda non est liber paralipomenon sicut aliqui imperiti existimāt (dormiuitqꝫ acbaz cum patribus suis). i. mortuus est sicut patres sui. r mortuus fuit morte naturali: nā non pūt in bello nec etiā per insidias occisus est sicut quidā alij de regibus iuda. vixit autem iste rex modico tpe. s. triginta r sex annis: nam viginti annoꝝ erat cum regnare cepisset r decem r sex annis regnauit supra in littera. deus enim fecit q̄ cito moreretur q̄ impius erat (r sepultus est cū eis in ciuitate Dauid) erat ciuitas Dauid castruꝫ montis sion r ibi erat locus factus pro sepulchris regum r sepulchra ab antiquo ꝑdita in quibus tumularentur r in ipso castro sepultus est acbaz (r regnauit ezechias filius eius pro eo) iste erat maior de filijs acbaz superstitibus: nam aliquos lustrauerat p ignem. s. faciendo de eis holocaustum demonibus vt supra declaratū est: r in bello aliqui perierant vt pꝫ de vno eoꝝ. ij. paralī. xxviij. iste autem ezechias fuit rex bonus valde dissimilis patri suo acbaz: q̄ ille fuit nimis idolatra r iste fuit valde religiosus de quo infra. xviij. vsqꝫ ad. xxi.

Qō. 18. A Acbaz an sepult⁹ fuerit cū patribus suis. Rñsio.

¶ Queretur quo dicitur bic q̄ sepultus est acbaz cū patribus suis in ciuitate dauid: q̄. ij. paralip. xxviij. dr̄ contrariū. s. dormiuit acbaz cū patribus suis r sepelierūt eū in ciuitate hierusalem: neqꝫ enim receperunt eum in sepulchris regum israel. r sic vr̄ q̄ nō est sepultus cū patribus suis. ¶ Respondēdū q̄ acbaz sepultus est in ciuitate dauid. s. in castro mōtis sion sicut ꝫ dr̄: r tñ nō fuit in sepulchris regū que erant facta ab antiquo ꝑ regibus in qbus ipsi sepeliebant: r sic dicitur. ij. paralip. xxviij. q̄ non receperūt eū in sepulchris regum israel. i. regum iuda. factum est tñ quoddā sepulchrum pro acbaz in agro in quo erant facta sepulchra pro regibus ne ipse sepeliretur in eodem sepulchro in quo sepeliebant reges. r dato q̄ sepeliretur aliquis circa sepulchra regū in agro in quo illa erāt dum tamē non sepeliretur in ipsis sepulchris que erant ab antiquo facta pro regibus non habebatur in bonore regali. sic enim erat de alijs regibus qui mali erant vel ignominiosi q̄ sepeliebant in ciuitate dauid. s. in loco in quo erant sepulchra aliorum regū: r tamen non sepeliebant in sepulchris ipsoꝝ regum sic pꝫ de Joza de quo dicitur supra. viij. q̄ sepultus est in ciuitate dauid: r tñ. ij. parali. xxi. dicit q̄ non fuit sepultus in sepulchris regū. Sic etiā de rege ioas dicitur supra. xij. q̄ sepultus est in ciuitate dauid: r tamē. ij. palip. xxiij. dr̄ q̄ non sepultus est in sepulchris regū. ¶ Dicendum q̄ non fuit aliquis rex qui nō sepeliret in ciuitate dauid quātūcūqꝫ malus esset: r in boc dabat ei aliquis bonor regius: r tñ illi qui valde mali erant non sepeliebantur in sepulchro facto ꝑ regibus sed in agro quodā in circuitu illius sepulchri r fiebant pro eis sepulchra noua sicut dr̄ de ozia. ij. parali. xxvi. q̄ sepultus est in agro regaliū sepulchrorū eo q̄ leprosus eēt. Sic etiā de regibus malis dr̄ q̄ sepulti sunt in ciuitate dauid sed non in sepulchris regū vt patet de ioza. ij. paralipo. xxi. r de Joas eo. li. c. xxiij. ¶ Cū aūt dicitur q̄ sepultus est cum eis: non est intelligēdū in eodē sepulchro sed sepultus est in eodē agro. acbaz autē non fuit receptus in sepulchris regū: quia malus rex erat et ꝓphanauit totū cultū dei r ꝓpter ipsuꝫ secuta sunt multa mala in populo. s. afflictio a rege sirie r israel r populus dedit ei boc in penam q̄ non reciperet eum in sepulchris regū. r forte non fecit ei exequias funeris sicut pro regibus. sic enim fuit de rege ioram. ij. paralipo. xxi. scilicet mortuus est infirmitate pessima r non fecit ei populus secundum morem combustionis exequias sicut fecerat maioribus eius.

¶ Incipit capitulum. xvij.

A

Anno duodecímo Acbaz regis iuda regnauit osee filius bela in samaria super israel nouē annis: fecitqꝫ malū coram dño: sed nō sicut reges israel q̄ ante euꝫ fuerant.



Anno duodecio.

Descripta est in precedentibus regis acbaz multiplex ꝓuaricatio: bic ponit ꝓsequēter regū israel terminatio: r hoc fuit q̄ ista terminatio fuit aliquo mō in tpe acbaz saltē quātū ad causam suam scꝫ ad regē osee qui prestitit aliquā causam huic terminationi r diuidit in duo: q̄ primo ponit israelitarum de terra sua translatio. secundo habitatorum alienigenarum introductio ibi (adduxit aūt rex.) prima in duas: quia primo ponitur israelitarum trāslatio. scōo translationis multiplex rō ibi: factum est aūt.

Qō I. A An ordocō tinuꝰ sit sine tpe iter medio. Rñsio. Ad primū.

¶ Queret circa primū an ea que habent bic sint ꝓtinuata ad ꝓcedentia r an fuerint immediate post illa vel interiecto tempore. ¶ Ad primum dicendum q̄ potest intelligi dupliciter continuatio. Uno modo q̄ fuerint ista facta

B Acbaz mors.

B Oēs reges sepeliebant in ciuitate dauid non tñ in sepulchro facto ꝑ regibus.

facta postq̄z cōpleta sunt oia p̄cedentia. Alio mō q̄ q̄z̄q̄z̄ non fuerint facta post cōpletionem illoꝝ:tñ illa ſalte fuerint incepta ante ista. ¶Primo mō intelligēdo falsum est: qꝛ non fuerūt ista facta completis omnibus p̄cedētibus: qꝛ p̄cedēti.c.dr̄ de morte achaz ꝛ tamē p̄iusq̄z ipse moreꝛet ceperūt ea que habent hic:quia ista ceperūt anno duodecimo achaz vt p3 in littera:ꝛ tamen achaz regnauit annis decem ꝛ sex:precedenti.c.ergo ſalte q̄tuoꝛ annis anteq̄z finirētur illa inchoata sunt hec:ideo dicendū q̄ ista sunt continuata ad precedētia secūdo mō.ſ.q̄ illa ceperunt ante ista.qō p3:quia p̄cedenti.c.agit̄ de inchoatione regni achaz:ꝛ tñ ea que habent hic ceperunt anno duodecimo regni achaz ideo ceperunt duodecim annis illa ante ista. ¶Ad scōm patet responsio ex dictis sc3 q̄ nō solū non interciderūt aliqua inter illa ꝛ ista sed etiā ista ꝓ aliquo tpe fuerūt simul cū illis.ſ.q̄tuoꝝ annis ab anno duodecimo regis achaz vsq̄z ad decimū sextū qui fuit finis regni eius(anno duodecimo Achaz regis iuda regnauit osee filius hela)iste osee fuit vltimus rex israel:qꝛ eo viuēte trāslati sunt israelite in terrā assiriorū ꝛ ēt ipse cū illis translatus est.iste fuit qui occidit phacee filiū romelie ꝛ regnauit ꝓ eo supra.xv.(sup israel nouem annis)iste regnauit sup israel qꝛ rex fuit israel ꝛ regnauit in samaria:quia ibi erat metropolis ꝛ sedes regni israel. Vocaꝝ aūt filius hela ad differētiā osee ꝓphete qui fuit primus in minoribus.nam ille vocatur Osee filius beeri vt p3 osee prio:regnauit aūt nouē annis osee ꝛ sic regnū suū finitum est in principio anni sexti ezechie regis iude. nam cepit regnare finito anno duodecimo achaz:ideo manebant quatuoꝝ anni q̄bus simul regnarent achaz in iuda ꝛ osee in israel:deinde manebant q̄nq̄z annis simul regnauerūt ezechias in iuda ꝛ osee in israel ꝛ sic op3 q̄ in principio anni sexti ezechie cessauerit regnum osee ꝛ tunc trāslati sunt israelite ad terrā firoꝛū. ¶Osee rex israel q̄ anno achaz regnare cepit. Qō.ij.

Qō.2. A **Queretur** qūo dr̄ hic q̄ regnare cepit osee sup israel anno duodecio achaz: qꝛ videtur q̄ ceperit regnare anno quarto eius.qō patet:quia osee occidit phacee filium romelie anno vigesimo ioathan supra.xv.ꝛ tñ annus vigesimus Joathan erat principiū anni quarti achaz vt declaratū est ibidē3: ideo tunc cepit regnare osee. Secundo p3:qꝛ achaz cepit regnare anno decimoseptimo phacee filij romelie p̄cedenti.c.ꝛ tamē phacee regnauit solū viginti annis supra.xv.ideo solum supererāt de regno phacee tres anni q̄ñ cepit regnare achaz:ꝛ tamen osee regnauit imme diate post phacee:quia ipse occidit illū vt regnaret ꝓ eo supra.xv.ergo anno quarto achaz in principio cepit regnare osee in israel. ¶Rñdet hiſtoria scholastica dicens q̄ in istis varietatibus annoꝝ possumus gñaliter triplici ter ꝙcordare:primo ꝓ sinodochem.scōo ꝓ hoc q̄ aliqui reges regnauerūt simul cū patribus suis.Tertio dicēdo q̄ aliqñ regna carebāt regibus. ¶Sed dōm q̄ primus modus non applicatur ad presens:qꝛ ille est qñcūq̄z cōputaꝝ aliqui anni inchoati ꝓ ꝙpletis ꝛ sic accipitur ps anni ꝓ anno:istud tñ non pōt causare in vno rege nisi erroꝛ vnius anni vt pote si dicamus q̄ aliquis regnauit viginti annis poterit esse q̄ ille nō regnauerit nisi decē ꝛ nouē annis ꝛ duobus mēsibus ꝛ illi duo mēses ꝙputaꝝ ꝓ vno anno:qꝛ est annus inchoatus: ꝛ tñ non potest esse erroꝛ in pluribus annis:hic autem est varietas in nouē annis:quia dr̄ q̄ cepit regnare anno duodecimo achaz: ꝛ tñ ſm computationē que fiebat oportebat q̄ cepisset regnare anno q̄rto achaz ideo nō pōt hoc tolli per sinodochem. ¶Scōa solutio nō stat.ſ.ꝓ hoc q̄ aliqui reges regnauerunt per se ꝛ aliqui cū patribus suis ꝛ p se.ꝛ in istis aliquādo computāt soli anni quibus p se regnauerunt ꝛ aliqñ anni q̄bus p se ꝛ cū patribus suis regnauerūt.ꝛ sic deberet dici q̄ computando ab illo tpe quo achaz per se regnauit dicetur esse annus quartus regni eius quando cepit regnare osee.computando aūt a tpe quo regnauit cum patre esset annus duodecimus regni eius.sed istud nō stat qꝛ precedēti.c.dr̄ q̄ cepit regnare achaz anno decimoseptimo phacee ꝛ intelligit̄ necessario de tpe quo p se regnauit: ꝛ tñ dr̄ ibi q̄ regnauit annis decē ꝛ sex:ergo isti decem ꝛ sex sunt cōputādi a tpe quo cepit regnare post p̄em:qꝛ tota lr̄a q̄ sub vno contextu est debet referri ad eundē sensum:hoc tñ nō stat quia tunc superuiueret achaz post mortē phacee annis tresdecim ꝛ sic non posset ezechias filius achaz regnare anno tertio regni osee sz eēnt trāslati de regno eius tresdecim anni vel eēt mortuus osee añq̄z inciperet regnare ezechias:ꝛ tñ sequēti.c.dr̄ q̄ cepit regnare ezechias anno tertio osee:ergo postq̄z cepit regnare osee nō superāt de regno achaz nisi tres anni:ꝛ sic nō pōt solui dubiū p hoc q̄ aliquo tpe achaz cū pr̄e regnauerit ꝛ aliquo tpe ꝓ se. Tertia solutio erat q̄ regnū māserit aliquāto tpe sine rege ꝛ tūc fluxerint isti anni.ſ.ab anno tertio Achaz in quo occisus est phacee vsq̄z ad annū duodecimū eius. sed istud nō est valde verisimile:qꝛ osee occidit ipm phacee vt regnaret ꝓ eo:nō est ergo verisimile q̄ occiso phacee octo vel nouē annis nō curaret regnare osee. ¶Nicolaus rñdet aliter ſm quosdā.vno mō q̄ ceperit regnare osee imediate post mortē phacee ꝛ tñ pugnauit octo vel nouē annis ꝓtra amicos phacee q̄ non p̄mittebant ipm regnare ꝛ occidit illos vel fugauit de terra ꝛ tūc pacifice ipse regnauit. ¶Alio mō dicit vt volūt alij q̄ incepit regnare osee q̄rto anno achaz mox vt occisus est phacee:ꝛ tñ qꝛ tunc ſoluebat tributa regi assirioꝝ nō ꝙputatur regnū suū ꝛ postea anno duodecimo achaz recessit a solutione tributoꝝ ꝛ tunc incepit computari regnum. ¶De isto secundo modo dicendū q̄ non stat:qꝛ dato q̄ ſolueret tributa regi assirioꝝ non ꝓpter hoc subticerētur anni regni sui:quia de manaen dicit̄ supra quintodecimo q̄ singulis annis ſoluebat regi assirioꝝ mille talēta argenti ꝛ tñ non subticent̄ aliqui anni eius. Secūdo p3:qꝛ non est verū q̄ ab anno duodecimo achaz recesserit osee a tributis regis assirioꝝ:qꝛ in lr̄a dicitur q̄ regnauit osee anno duodecimo achaz ꝛ postea sequitur q̄ erat seruus regis assiriorū ꝛ ſoluebat tributa:ergo post duodecimum annū regis achaz adhuc ſoluebat tributa. ¶Alij aūt dicent q̄ forte māsit regnum per octo vel nouem annos sub administratione alioꝝ anteq̄z inciperet osee administrare ꝛ illud tp̄s nō computatur ei. Sic enim fuit de ozia qui quatuordecim annis fere post mortem amasie patris sui mansit sine administratione regni ꝛ gubernabatur regnum per alios vt declaratum est supra.xv. Dicendū tamē q̄ non stat:qꝛ illud ſolū erat qñ ſuccedebat aliqs legitime in regno ꝛ ꝓpter paruitatem etatis non poterat administrare gubernabāt aly quousq̄z veniret ad etatē3 in qua posset administrare:ꝛ tñ hic non erat aliqd boꝝ:nā osee nō ſuccedebat legitime ipsi phacee ad hoc q̄ seruaret sibi regnū ꝓ aliquos gubernatores sed potius ipse occidit illū. Secundo qꝛ osee non erat paruulus sed vir magnus potens administrare regnū cum ipse fecisset coniurationē contra phacee ꝛ occidit ipsum:ꝛ hoc nō poterat facere nisi esset vir magnus. ¶Ideo dicendū q̄ osee poterat regnare ꝛ regnauit imediate vt occidit ipsum phacee:ꝛ tñ non computant̄ oēs anni medij sub regno eius qꝛ ipse non fuit pacificus in regno mox vt occidit phacee sed pugnauit ꝓtra amicos eius aliquanto tpe:ꝛ tunc non erat regnū suū pacificum nec potuit illud pacificare vsq̄z ad octo vel nouē annos: ꝛ tunc cum in pace esset dicebat̄ cepisse regnare.sic enim fuit de amrri q̄ regnauit post Zamrri: ꝛ tñ qꝛ factus est rex in discordia ꝛ alius nomine thebin etiam factus est rex fuerunt aliquot annis in bello:ꝛ illi anni non computant̄ sub regno amrri.ſ.quia non dr̄ regnasse vsquequo mortuus est thebin ꝛ cepit ipse pacifice regnare vt patet p̄cedēti li.c.xvi.ꝛ ibi declaratū est(fecitq̄z malū cor̄a domino).ſ.coluit idola quia istud est malum quod faciebant reges israel:oēs enim fuerūt idolatre(sed nō sicut reges israel qui fuerūt ante ipsum).ſ.q̄z̄q̄z̄ coluerit idola:tamen non viguit tantum in cultu eoꝝ sicut reges p̄cedētes.ꝛ in hoc aliquo mō laudatur osee:qꝛ culpa ſua

Ad scōm.

† † Rño hiſtorie ſchola. Primo. Secūdo. Tertio. Cōtra primū modū. Contra ſecundum. Cōtra tertium. Rico. rño. Alia rñsio. Contra primā ꝛ ſcoaz rónē prio. Secūdo. Rñsio aliquorum. Cōfutatio. Secūdo. Rño aucto ris. † †

erat minor ꝗz aliorum regum.
¶Quomodo osee non fecit tantum malum coꝝ domino sicut predecessores. Qō.iij.

Qō.3. A Rñsio Vi. **Queretur** quō osee nō fecit tantū malū coram dño sicut alij reges israel q fuerūt ante eū. ¶Rñdet Nicolaus ꝛ hebrei q iste dedit licētiā israelitis de regno suo vt possent ascēdere in templū dñi in hierusalē in festiuitatibus tribus secūdū legē ꝛ hoc nō pmiserant alij reges israel: nā Hieroboā q fuit primus post diuisionē posuit custodias in mōtibus ꝛ in vijs p quas transituri erāt israelite ad eundū in tēplū vt si aliquis trāsire vellet occideret. iste aūt pmisit. dicunt aūt q fuit ratio: qz ante hoc israelite nō pmittebant ire ad templū dñi vt colerent vitulos aureos quos fecerat hieroboā: ꝛ tñ iam tulerant reges assiriox vitulos aureos de terra israel in terram suā ꝛ nō manebat qd colerent israelite: ideo pmittebant ire ad templū dñi: ꝗz ꝗz aliq dicūt q nō tulit rex assiriox vitulos aureos quos fecit hieroboā: sed sacerdotes occultauerūt illos ꝛ fecerunt alios vitulos opertos laminis aureis qui tamē nō Alia rñsio. erant de auro. ¶Ista positio satis est rōnabilis sed magis vī dom q osee fecit malū coꝝ dño ꝛ nō sicut reges israel q p̄cesserant eū. s. qz ipse nō fuit diligēs circa cultū idolox sicut p̄decessores sui vel forte: qz abstulit cultuꝫ quorūdā deox de terra relinquēdo cultū aliox. Sic eni fecit ioꝝ filius achab: nā abstulit cultū baal: ꝛ tñ coluit vitulos aureos sic dī supra. iij. q ioram fecit malū coraꝫ dño sed non sicut pr̄ suus ꝛ mater sua: tulit enim statuas baal quas fecerat pater eius: verū tñ peccatis hieroboā adhesit. si aūt diceret q osee pmitteret populū ire ad tēplū dñi ad festiuitates non solū minuebat idolatriā sed videbatur eam auferre penitus: qz p̄cedebat cultum dei cū quo nō poterat stare idolatria. Item non vī hoc stare qz sicōm hoc diceremus q israelite cessauissent a cultu vitulorū anteꝗz auferrent de terra sua ꝛ inducerētur in assirios: ꝛ tñ falsum est: qz infra in lra dī q ambulauerūt filij israel in peccatis hieroboā ꝛ nō recesserūt ab eis vsquequo auferret dñs israel a facie sua. Dicendū ergo † sicut supra (cōtra hunc ascēdit salmanasar rex assiriox) erat iste salmanasar alius rex ab illo qui vocat thеglath phalasar vt patet supra. xv. isti tres reges assiriorum oppressērūt israelitas. s. phul thеglathphalasar ꝛ salmanasar: nam phul subiugauit israelitas tributo quolibet anno accipiens talenta mille supra. xv. thеglathphalasar tributa accepit a regibus israel ꝛ etiā captiuauit magnam partē israelitarū: vt patet eodē. c. salmanasar autem captiuauit reliquos israelitas quos non captiuauerat thеglathphalasar (ꝛ factus est ei osee seruus reddebatꝗz illi tributū) nō fuit factus seruus eius simpliciter † sed solum quantū ad tributa soluēda: qz nō potuit osee resistere regi assiriorū: ideo voluit seruire ei sub tributo † (cūꝗz deprehēdisset rex assiriox osee). i. salmanasar deprehendit. i. inuenit osee in crimine qz moliebatur recedere a tributis que soluebat regi assiriorū: ꝛ non accipitur deprehendere p capere vel tenere in vinculis: quia non tenuit eum quousqz pugnauit contra samariā ꝛ cepit eā: vt patet in littera (q rebellare nitēs misisset nun † cios ad sua regem egipti ne p̄staret tributa regi assiriorum) volebat osee rebellare regi assiriorum non p̄stando tributa: ꝛ quia non putabat se solum posse resistere misit nuncios ad regem egipti: nam ille p̄stabat tributa regi assiriox ꝛ voluit q ambo rebellarent: qz ambo poterant defendere se contra regem assiriorū ꝛ vnus eorum non: ꝛ hoc potissime quia erant isti duo reges vicini: nam termini terre israel sunt propinqui terminis egipti. ꝛ iste rex egipti vocabatur sua vel sue vt alij scribunt: ꝛ est nomē proprij. Sic enim patet Gen. xxxviij. s. vidit ibi filiā hominis chananei vocabulo sue (sicut singulis annis solitus erat). s. rex egipti solitus erat † singulis annis p̄stare tributa regi assiriox: ꝛ ad hoc dissuadebat † osee (obsedit eum ꝛ vinctum misit in carcerem) non refertur hoc ad osee regē israel sed ad regem egipti: illū enim obsedit salmanasar in terra sua ꝛ tenuit posuitꝗz in carcere: nā osee non tenuit vsquequo pugnauit postea contra samariam ꝛ cepit eam vt patet in littera ꝛ sequēti. c. (peruagatusꝗz est omnē terrā). s. salmanasar postꝗz † pugnauit contra regē egipti ꝛ incarcerauit eum peruagatus est terram egipti vt videret si esset aliqua ciuitas rebellans: etiam peruagatus est terrā israel: qz illa nitebat rebellare (ꝛ ascēdēs samariā obsedit eā) tribus annis inuenerat salmanasar q osee rex israel conabat recedere ab ipso ꝛ forte iā denegauerat tributa: iō ascēdit cōtra samariā ad pugnandū: qz ista erat metropolis regni ꝛ ibi erat osee. ꝛ obsedit eaꝫ tribus annis. s. durauit obsessio tribus annis ꝛ in fine tertij anni capta est: ꝛ tunc erat annus nonus osee ꝛ erat etiam annus septimus qñ cepit ista obsidio. ꝛ factū est istud regnante ezechia: naꝫ anno quarto ezechie obsedit salmanasar samariā vt pꝫ sequenti. c. (ꝛ transtulit israel in assirios). s. post tres annos cepit vrbem ꝛ regem ꝛ alie vrbes regni non restiterunt cum iam captus esset rex ꝛ metropolis regni: iō in fine illox trium annox omnes israelite translati sunt in assirios. ꝛ intelligitur de illis qui remanserant in terra post captiuationē thеglathphalasar. nam ille captiuauit duas tribus ꝛ dimidiam. i. paralip. v. ꝛ insuper tribum neptalim cū terra galilee ꝛ quibusdā aliis vrbibus supra. xv. reliq vero q māserūt in terra trāslati sunt p salmanasar in assirios (positꝗz eos in ala ꝛ in abor iuxta flumē gozā) ista est terra in q̄ colocati sunt israelite trāslati de terra sua: ꝛ sunt ista noia ciuitatū in qbus collocati sunt vel sunt magis noia fluuiorum inter quos collocati sunt: sic dī sequēti. c. s. collocauit eos i ala ꝛ i abor fluuijs gozā. ꝛ tñ. j. pali. v. ponit aliud nomē. s. ala ꝛ abor ꝛ ara: ꝛ ēt est nomen fluuij sicut hic (in ciuitatibus medox). i. collocati fuerūt in ciuitatib⁹ medox israelite. ¶Aueret qūo stat ista lra: qz dicit q trāslati sunt israelite in assirios ꝛ q fuerūt in vrbibus medox: ꝛ tñ vī q non poterant esse nisi in vrbibus assiriox. ¶Alligs dicet q assirij ꝛ medi idē sunt: ideo cū eēnt israelite in ciuitatibus assiriox erant in ciuitatibus medox ꝛ ecōtrario. ¶Sed dicendū q nō stat: qz assirij ꝛ medi nō sunt eadē gens: qz regnū postꝗz trāslatū est ab assirijs traditū est medis et pſis: ꝛ nō eēt hoc si eadē gens eēt medox ꝛ assiriox. Dicendū ergo q due gētes sunt medox ꝛ assiriox ꝛ sunt coniuncte regiones eax: tempore autem quo regnabat salmanasar ꝛ predecessores sui monarcha totius asie fere erat penes assirios. ꝛ sic assirij dominabantur medis: ꝛ quia terra medorum erat coniuncta terre assiriorum transferebant reges assiriorum gentes quas captiuabāt in terram medorum: quia illa sua erat sicut terra assiriorum. ¶Queretur vlterius quare deus misit salmanasar contra osee regem israel cū ipse minus peccasset ꝗz alij reges israel: qz dī hic q fecit malū coꝝ dño sed non sicut reges israel qui fuerant ante eū. ¶Dicēdū q osee bene merebatur q mitteret contra eum salmanasar et duceretur captiuus in terram assiriorum quia peccauit contra dominum ꝛ etiam violauit fidem datam regi assiriox: ꝛ tamē verū est q alij reges p̄cedentes merebant potius captiuari quā osee. voluit tñ deus q captiuatio fieret tpe osee: quia non fiebat ista captiuatio p̄cipue p pter peccata regis sed magis ꝓpter peccata populi: ꝛ tñ populus nūc merebat potius captiuari quā tpe p̄cedentium regū. ¶Rō est: qz peccatū israelitax tāto maius erat quāto diucius expectati nō ꝙuertebant: ꝛ tñ tēpore regis istius diucius expectati fuerant quā tpe alioꝝ regū cū a principio peccare cepissent ꝛ semp peccarent: ideo nunc potius captiuādi erant. istud innuitur. j. in lra. s. q israelite translati sunt in assirios: non quidem qz peccauerunt sed qz sepe ammoniti per prophetas ꝛ diucius expectati conuerti noluerunt. nec ēt est incōueniens q pena inferatur temporaliter illis qui minus peccauerunt ꝛ nō illis qui plus peccauerunt: dum tamen illi qui minus peccauerunt penam mereantur que eis infligitur. Sic pꝫ de achab ꝛ de filio suo ioram: nam achab peccauit sup omnes reges p̄cedēti li. c. xxvij. ꝛ. xxi. ioram aūt minus peccauit: quia supra. iij. dicitur q fecit malū coꝝ

domino

Qō.4. A An repugnat q israelite fuerit translati in assirios ꝛ q fuerint i vrbib⁹ medorum. ¶Pria rño.

Cōfutatio.

Qō.5. A Deus ꝙre misit salmanasar cōtra regē israel cū tñ peccauerit min⁹ ꝗz alij. ¶Rñsio.

B ¶Regnū israel trāslatū i assirios per salmanasar

dño sed nō sicut pater suus ⁊ mater: qz abstulit statuas baal quas illi fecerāt:⁊ tñ pena domus achab iflicta est tēpore iozā.precedenti.li.c.xxi.⁊ ipse occisus ⁊ tota domus achab simul peryt.ē.ix.⁊.x.merebaf tamē iozā penam illaz que inferebaf sibi licet potius mereref eaz pater suus achab:dispensatio tamē pene tēporalis pendet a voluntate dei sicut videt expedire: qz quibusdā mīº peccantibus maiores hic infligit cruciatus:aliis ℞o dure peccantibus interdū tēporaliter ignoscit:sed in futuro secus est:qz ibi plena ratio est habēda de omnibus gestis. Ideo dato q̄ ista captiuatio solū venisset ꝓpter peccata osee:non erat incōueniens nūc illā infligi ⁊ non tēpore aliez regum qui magis peccauerant.

¶Quot anni fluxerūt a diluuio ⁊ a principijs aliaz terrarū qñ fuit ista captiuitas israelitaz ꝑ assirios. Cō.vi.

Cō.6. A Rīsio Joseph.

Queretur vlterius de tempore quo ista captiuitas fuit. ¶Respondet iosephus.ix.antiqui.q̄ fuit post annos nongētos ⁊ quadraginta ⁊ septem a tēpore quo egredientes de egipto inceperant tenere terrā istaz sub principe iosue ⁊ annis ducentis ⁊ quadraginta ⁊ mensibus septē ⁊ diebus septez postq̄z diuisum est regnum domus dauid recedentibus decem tribubus a roboā filio salomonis. ¶Sed dicendum q̄ ista summa iosephi nō cōuenit sacre scripture cū ipse ponat nongentos quadraginta septē annos a tempore quo ceperūt israelite possidere terrā istam vsq̄z ad diē quo reliquerūt eaz:⁊ tamē nō reperieñ tot anni: nā ab exitu de egipto vsq̄z ad fabricatiōez tēpli fuerūt anni quadringenti octuaginta:⁊ fuit ista in p̄ncipio anni q̄rti regni salomonis:vt p̄z precedēti.li.c.vi.sed ab illo tempore vsq̄z ad diē quo trāslati sunt israelite de terra computando istud per annos regū iuda erunt trecenti demptis tribus:qō p̄z:qz regnauit quadraginta annis salomon precedenti.li.c.xi. Roboā vero annis decē ⁊ septē e.li.c.xiiy.abias autē annis tribus e.li.c.xv.asa ℞o annis q̄draginta vno e.c.iosaphat aūt annis viginti q̄nq̄z e.li.c.vltimo:iozā vero annis octo.ē.viy.ochozias vero anno vno e.c.athalia vero annis sex.e.li.c.xi.ioas vero annis quadraginta e.li.c.xy.amasias aūt annis viginti nouē e.li.c.xiiy.ozias autē annis quinquaginta duobus ē.xv.ioathā vero annis decē ⁊ sex eo.c.achaz vero totidem precedēti.c.ezechias aūt sex annis regnauerat q̄ñ facta est ista transmigratio sequēti.c.qui sunt anni trecēti ⁊ subtrahendi sunt tres quibus regnauerat salomon quādo cepit edificare templū dñi ⁊ sic erunt simul anni septingēti ⁊ septuaginta ⁊ septē ab exitu de egipto vsq̄z quo decem tribus trāslate sunt de terra sua in assirios. si autē computeī a tempore quo ceperūt israelite possidere terram chanaam transito iordane erunt annis septingenti triginta septē quibus manserunt decem tribus in terra chanaam subtrahendo de numero p̄dicti quadraginta annos qbus manserūt israelite in deserto. Differentia aūt est:qz iosephus interdū computat plures annos quā sacra scriptura:nam ab exitu de egipto vsq̄z ad edificationē templi dicit precedēti.li.c.vi.q̄ fuerūt anni quadringenti octuaginta:⁊ tñ iosephus.viy.antiqui.dicit q̄ fuerunt sexcenti ⁊ duodecim:⁊ sic addit ad numerū sacre scripture annos centū triginta duos: ⁊ tamē in summa annoz a diuisione regni vsq̄z ad trāsmigrationē istam ponit iosephus pauciores annos quā sacra scriptura.ī.ducentos ⁊ quadraginta ⁊ septez menses ⁊ septem dies:⁊ tñ ex sacra scriptura coligunt anni ducenti sexaginta qō p̄z:qz a principio regni salomonis vsq̄z ad trāsmigrationē istam fuerunt anni trecenti completi vt supī inductū est:de quibus subtrahanf anni.xl.qbus regnauit salomon manebunt ducenti sexaginta:nam in principio regni roboā facta est diuisio.ī. qñ conuenit populus ad constituendū in regem ipsum roboā:precedenti.li.c.xij.istud autē est qz iosephus interdum nō sequit numeros positos in sacra scriptura vbi nos reperimus difficultates ⁊ intricatiōes annoz ipse nō curat saluare lr̄am sicut nos saluamus sed ponit numerū quē vult. ¶Sciēdum tamē q̄ ab orbe condito vsq̄z ad istam transmigrationem fuerūt anni tria millia ⁊ quadringenta dempto vno.a tempore vero diluuij transierant anni mille ⁊ nōgenti vel potius mille septingenti septuaginta octo:a tēpore vero quo abrahām venit de terra caldeoz in terrā chanaam trāsierant anni mille trecenti ⁊ decem ⁊ octo. patet hoc ex cōputationibus quas fecit iosephus.viy. antiqui.ab illis temporibus vsq̄z ad p̄ncipiuz edificationis templi quibus addendo trecentos annos fere.ī. demptis tribus relinquūf iste summe annoz quas diximus. Sciendum vlterius q̄ iste salmanasar non solū pugnauit contra israelitas tempore isto sed etiam totaz syriam ⁊ fenicem pugnando inuasit:regnabat autem tunc in tiro rex nomine beliseus vt ait iosephus.ix.antiq.de hys aūt testatur menander qui temporū facta cōscripsit ⁊ tyriorū antiquitatem in grecā linguā cōuertens:sic ait beliseus nomine regnauit annis triginta ⁊ sex hic recedentibus cetheis nauigans reduxit eos cōtra quos denuo salmanasar assiriox rex insurgens pugnauit ⁊ cunctam phenicem inuasit qui facta pace cū omnibus post terga sua reuersus est.recessit autē a thiro ciuitaz sydon ⁊ arche ⁊ antiqua thirus ⁊ multe alie vrbes que semetipsas assiriorū regi tradiderāt ꝓpter iros non subiectos denuo rex aduersus eos regressus est fenicibus exhibentibus eis naues sexaginta ⁊ reges octuaginta cōtra quos thiry nauigantes in duodeciz nauibus dispersis bostium nauibus ceperunt viros captiuos quingentos:vnde honoz thiriorū ꝓpter hoc creuit eximie: reuertens autem assiriox rex disposuit custodia super fluuiuz ⁊ aque ductus ciuium vt thirios haurire pocula ꝓbiberent:⁊ dum hoc quinq̄z annis factū fuisset tulerunt de effossis puteis bibentes aquam.

† ¶Factum est) hic ponit scōm huius.c.ī.translationis israelitarū multiplex ratio ⁊ diuidit in tria. ¶Primo ponitur eoz preuaricatio secūdo preuaricationis redargutio ibi (⁊ testificatus est) tertio israelitaz obduratio ibi (qui non audierunt.) Circa primū dicit (factum est aūt cum peccassent filij israel domino deo suo) est lr̄a suspensiua:⁊ est sensus q̄ postquā israelite ceperūt peccare cōtra dominū coluerūt idola.q.d.nō fuit primum peccatū israelitarū in cultu idolorum:quia istud erat maximum peccatū:sed primo inceperunt a minoribus omittentes cerimonias legis ⁊ deum remisse colentes: deinde puenerunt vsq̄z ad hoc q̄ colerent idola ⁊ istud erat grauissimum (qui eduxerat eos de terra egipti) istud ponitur ad aggrauādum peccatum per qō demōstranf israelite imemores beneficiorum dei:nam nō solum peccauerūt israelite contra deum in quātū erat deus ⁊ legislator sz etiam peccauerunt specialiter:qz egerūt contra benefactorem suum:fuit enim maximum beneficiū q̄ educerētur de terra egipti quia ibi erāt serui ⁊ donādo eis libertatem donabat bonuz maximū qō homo potest habere potissime quia seruitus illa erat durissima:nam nō soluz vocatur seruitus sed magis ergastulū exoð.vi.ī.ego dominus qui educam vos de ergastulo egiptiorū ⁊ eruam de seruitute etiā tantū premebant in seruitute illa q̄ nō poterant ambulare erecti leui.xxvi.ī.eduri vos de terra egiptiorū ne seruiretis eis ⁊ confregi catbenas ceruicū vestrarum vt incederetis erecti.⁊ ad signandā maximam grauitatē vocabaf seruitus illa fornax ferrea deu. iiij.ī.dñs eduxit vos de fornace ferrea egipti.q̄nto ergo durior erat seruitus tāto fuit maior ingratitudo hebreoz recedētiū a cultu dei (de manu pharaonis regis egipti) ī.magnum beneficium fuit q̄ liberarētur de manu pharaonis:quia ipse erat nimis durus contra israelitas:naz dato q̄ vellent egipty dimittere israelitas: non permittebat pharao:vnde dixerunt egipty ad pharaonez vsq̄z quo patiemur hoc scandaluz dimitte homines vt sacrificent deo suo nonne vides q̄ perierit egiptus exoð.x.⁊ postq̄z dimiserunt egipty recedere israelitas dixit pharao ad eos qd voluimus facere vt dimitteremus israel ne seruiret nobis exoð.xiiy.⁊ tunc fecit q̄ egipty persequerentur israelitas ad comprehendendum eos vsq̄z ad mare rubrum.⁊ sic preter hoc q̄ israelite erāt miseri qz

† C Rō quare israelite fuerunt trāslati.

† † †

℞o auctoria.

Quare erat ioseph?

℞ Ips captiuatiōis bu

erant serui egiptiorū adhuc habebant aliam angustiā: quia habebant pharaonē in dominum qui erat seuerus valde: ideo ad exprimendā ingratitudinē israelitar nō solum debuit dici q liberati fuerunt de egipto sed etiaz
† de manu pharaonis (coluerunt iuxta ritum gentiuz). s. coluerunt deos sicut colebant gentes: nā oēs gentes tēpore illo declinauerant ad idolatriam: deus tamē vetuerat israelitis facere secundū consuetudinē gentiuz leui.
† xvij. z deu. xj. (quas cōsumpserat dominus in ꝓspectu filiorum israel). i. fecerunt secundū consuetudinē chananeorum: isti enim consumpti fuerunt in conspectu israelitarū quia deus occidit eos vt israelite possiderēt terrā: sic p3 exoð. xxiij. s. terrorem meum mittā in precursum tuum z occidam oēm populū ad quem ingredieris cūctorūq; inimicor tuorū coram te terga vertam emittēs strabones prius qui fugabūt eueum z chananeuz. z iterum tradam in manibus vestris habitatores terre z eyciam eos de conspectu vestro: nō tantū coluerūt israelite
† deos chananeorū sed etiam deos aliar gentiū (z regum israel qui similiter fecerant). i. etiā secuti sunt israelite ritum regum suor qui fecerūt sicut gentes colētes idola. sciendū autem q reges introduxerunt cultū idolorum inter israelitas. de cultu enim idolorum qui fuit tēpore iudicum: dicendū q non fuit introductus ab aliquo principe: qz tunc non erat aliquis princeps nisi iudices z ipsi non introducebant cultum idolorū sed potius vetabāt: z dum ipsi viuerent colebant israelite dominum quibus morientibus redibāt ad idola: z iste fuit modus tpe oiuz iudicum vt p3 iudi. ij. cultus tamē idolorū qui fuit tēpore regum in iuda z in israel introductus fuit ab ipsis regibus: p3 de regibus iuda. nam anteq3 diuideret regnū cepit salomon colere idola propter vxores suas z cōcubinas z fabricauit templa idolis earum: precedēti. li. c. xi. deinde facta diuisiōe tempore roboā cepit esse bonus roboā per tres annos dum confortauit regnū suum postea declinauit ad idola z populus etiam cū illo: vt patet ij. palipo. xi. s. cūq; roboratum fuisset regnum roboā dereliquid legem domini z omnis israel cum eo. de regibus israel p3: quia primus eor post diuisionem fuit hieroboā z ipse fecit duos vitulos aureos z coegit populuz colere illos z non ire ad sanctuariū: precedenti. li. c. xj. ideo populus colens ydola non incipiebat a se ipso sz sequebatur ritum regum suorum. ¶ Quere cuz israelite coluerint alios deos preter deos chananeoruz: quare dictum est hic q coluerint iuxta ritum gentium quas consumpserat dominus in conspectu eorum patet hoc: nam israelite coluerūt deos damascenor vt p3 de achaz qui fecit altare tale quale erat in damasco: precedenti. c. z etiam dixit dy sirie auxiliātur regibus sirie quos ego placabo hostys z aderunt mihi. ij. palip. xxviij. z tamen damasceni sunt siri qui non pertinent ad chananeos nec sunt de gentibus quas deus consumpsit in conspectu israelitarū: coluerunt etiam israelite deos babiloniorum z assiriorum vt patet ezechi. xxiij. cum dicitur de fornicatione israelitarum cū dys assiriorum z caldeor. ¶ Respondendum q quāq3 israelite coluerint deos aliarum gentium q3 chananeorum: tamen solum fit mentio de dys chananeorum propter duo. Primo quia magis coluerunt deos chananeorum quā aliarum gentium: quia israelite introierunt in terram chanaā z viderunt simulacra deorum terre illius z cerimonias quibus chananei colebant deos illos z postea etiam habitantes semp inter chananeos adiscebant cerimonias illorum. in alijs autem dys gentium non poterant israelite tantum peccare: quia non cognoscebant deos earum nec sciebāt cerimonias cultus illorum vnde deus specialiter dixit de dys terre chanaam q essent israelitis occasio mali vt p3 iudi. ij. s. nolui delere eos a facie vestra vt habeatis hostes z dy eorum sint vobis in ruinam. Secundū fuit ad significandum maius peccatum eoruz: quia quanto aliquis magis agit contra prohibitionem dei tanto magis peccat: z tamen deus specialiter vetuerat israelitis sequi consuetudinem chananeorum in colendo deuz: ergo sequendo deos chananeorum magis peccabant quā colēdo deos aliarum gentium. patet hoc leui. xviij. s. iuxta consuetudinem terre egipti in qua habitastis non facietis z iuxta morem regionis chanaam ad quā ego introducturus sum vos non agetis nec in legitimis eor ambulabitis. Sic etiā deu. xj. s. quando disperdiderit dominus ante faciem tuam gentes ad quas tu ingrederis possidendas caue ne immitteris eas postq3 fuerint te introeunte subuerse z requiras cerimonias earuz dicens: sicut coluerunt gentes iste deos suos ita z ego colaz: nō facietis similiter domino deo vestro. Ad significandum ergo maius peccatum israelitaruz ponitur specialiter q coluerint deos illarum gentium que delete fuerunt coram ipsis (offenderuntq3 filij israel verbis non rectis dominum deum; suum). s. offenderunt eum faciēdo mala cōtra ipsum. s. colendo idola z accipiuntur verba ꝓ rebus: quia sicut est cōsuetudo in sacra scriptura iuxta illud faciam verbum q qui audierit tiniāt ambe aures eius. ē. j. li. c. iij. i. faciam rem mirandam etiam intelligendū est q israelite offendebant dominum in verbis: nam aliqui dicebant q non proderat eis colere deū z q melius erat colere idola iuxta illud iob. xxi. qui dixerūt deo recede a nobis scientiam viarum tuarum nolumus quis est oipotens vt seruiamus ei z quid nobis prodest si oraverimus illum. ipsi quoq3 israelite similia dicebant publice: nam quando hieremias increpuit israelitas q colerent idola dicitur hie. xx. q responderunt omnes viri dicentes: sermonem quem locutus es ad nos in nomine domini non audiemus sed faciemus verbuz qō egreditur ex ore nostro vt sacrificemus regine celi z libemus ei libamina sicut fecimus nos z patres nostri z reges nostri et principes nostri in vrbibus iuda z hierusalem z saturati sumus panibus z bene nobis erat malumq3 non vidimus: ex eo autem quo cessabimus sacrificare regine celi z libare ei libamina indigemus omnibus z gladio et fame consumpti sumus. dicebant etiam alia verba cōtra cerimonias cultus dei in quibus offendebatur: vt patet mala. ij. s. laborare fecistis dominum in sermonibus vestris z dixistis in quo eum fecimus laborare in eo qō dicitis omnis qui facit malum bonus est in conspectu domini z tales ei placēt aut certe vbi est deus iudicij. z mala. ij. dicitur inualuerunt sup me verba vestra dicit dominus z dixistis quid locuti sumus contra te z dixistis vanus est qui seruit deo z qō emolumentum: quia custodiuimus precepta eius z quia ambulauimus tristes coram domino exercituum. hec verba z similia erant pungitiua nimis z offendebatur deus in eis z merebantur israelite iram dei propter illa sicut propter cultum idolorum (z edificauerunt sibi excelsa in cunctis vrbibus suis). s. fecerūt altaria in omnibus vrbibus: z istud erat † peccatum graue siue essent ista altaria pro cultu idolor siue pro cultu dei: nam si essent pro cultu idolorum erat idolatria: si autem pro cultu dei esset contra cerimonias legis: cuz deus iussisset nō fieri altare in aliquo loco prer quā in sanctuario leui. xvij. z deu. xij. vocantur autez altaria excelsa: quia nomen qō hic ponitur in hebreo. s. vamoth est equiuocum ad altare z ad altitudinem. altaria etiā secundū latinam originē ab altitudine dicunt: ideo idē est dici q edificarent altaria vel excelsa. z non soluz in vrbibus edificabant altaria sed etiā in qualibet vrbe in multis locis sicut dicitur de achaz. ij. palipo. xxviij. q clausit ianuas templi dei z fecit sibi altaria in vniuersis angulis hierusalem. z nō solū in vrbibus ponebāt aras sz etiam in collibus in montibus z sub omni ligno frondoso vt patet in littera ꝓcedenti. c. (a turre custodū vsq3 † ad ciuitatez munitā). i. non solum erant altaria in vrbibus principalibus in quo deus minus offenderetur sed etiam in vrbibus paruis z in omnibus locis habitatis z etiā vbi soluz erat vna turris vel vna domus quia vnus habitator constituebat sibi altare z idola z vocant turres custodum turres que erant per diuersas partes regni in locis altis in quibus erāt aliqui custodes aspicientes a longe an venirent aliqui hostes z vocantur ille turres specule

Qō. 7. A

Israelite cū coluerit alios deos q3 chananeor quare tñ nō fit mentio nisi de eis.

Rñsio.

Prima cā

Scda cā.

B Diuersa pcta israelitarum.

tur omnia quatuor verba affirmata de deo q̄ neganť de demonibus:z tñ neceſſe eſt ſic fieri:qr dictio aduerſatiua hic poſita ſignificat iſtud:dicet ergo ipſi imolate ſicut † bz lra nr̄a(cerimonias quoq; z iudicia z legē z mādatū qō ſcripſit vobis cuſtodite)ſupra expoſitū eſt quid ſint cerimonie z iudicia z lex z mandatū:oia enim iſta dixerat deus iſraelitis ſeruāda eſſe z continebanť hec ſolū in † lege Adoyſi(vt faciatis cunctis diebus).i.debetis cuſtodire in corde veſtro ſemp iſta vt faciatis ea oi tpe:nā lex non prodeſt niſi ſemp cuſtodiať:quia q̄cūq; peccauerimus mortis erim⁹ rei(z nō timeatis deos alienos)iſtud † repetit qr iſraelite erāt timidi trepidātes timore vbi nō erat timor z ob hoc inclinabanť ad timendū idola gētiū tāq; poſſent eis nocere:deus aūt pſuadet eis ſepe ne il- † la timeant(z pactū qō pcuſſit vobiſcuz nolite obliuiſci) iſtud fuit pactū de ſeruando legē z tunc deus ꝓmiſit accipere iſraelitas in populū z ipſi ꝓmiſerūt obſeruare legem:exoō.xix.z confirmauerunt iſtud pactū p effuſionem ſanguinis:exoō.xxiiij.vt ſupra in lra dictū eſt.Sciēduz aūt q; hic eſt mutatio pſone.nā deus loquebať iſraelitis de ſe ipſo et debebat loqui in ſecunda pſona z loquiť in tertia:z p3 iſta mutatio qr ſupra dicit q; deus pcuſſerat cū eis pactū dicēs nolite timere deos alienos ſz dominū deū veſtrū:z ſic loqtur de ſe ipſo tanq; alius eſſet dn̄s z nō ipſe:z iſte modus frequētatus eſt in ſcriptura:z dicit nolite obliuiſci pactū.ſ.qr ſi iſraelite obliuiſcerenť pactū iſtud non obſeruarēt aliquā legem dei tanq; neſcientes ſe obligatos:quādiu tñ recordarenť pacti ſcirent ſe obli- † gatos(nec colatis deos alienos)iſtud erat principale in pactū qō iſraelite fecerant cum deo: etiam iſtud erat in quo iſraelite magis peccabant z grauiſſimum erat inter † omnia peccata ideo repetit potius q̄z alia(ſed dn̄m deū veſtrū timete).ſ.tam timore ſeruili q̄z filiali:qr vterq; prodeſt cum vnus ſit via ad alium(z ipſe eruet vos de † manu inimicor veſtrorū).ſ.ipſe potens eſt z liberabit vos de manu oium hoſtiuz ſi recte colitis ipſum z ſi non colitis ipſe tradet vos in manus hoſtiū(illi vero non audierunt).ſ.filij iacob cū qbus factum fuerat pactum.ſ. noluerunt obedire.naz audiebant tamen nihil in opere ponebant:z quia iſta dicebantur vt fierent idem erat ac † ſi non audiuiſſent verba iſta(ſed iuxta conſuetudinem ſuā priſtinā perpetrabant)aliqui referūt propter hoc litteram iſtā ad habitatores nouos terre iſtius q faciebant ꝑm ſuā conſuetudinē antiquā ideſt colebant ſemp idola ſicut ꝓſueti fuerant ab antiquo facere in regiōibus ſuis ſed non ſtat quia iſta littera tota eſt ſuſpēſiua z pertinet ad eandem ſniam:z tñ precedens tota neceſſario intelligitur de hebreis:qr ibi dr̄ de pacto quod deus fecit cum eis:ideo etiā iſtud intelligitur de eiſdem: z eſt ſenſus q; deus ammonuit iſraelitas p ꝓphetas vt timerēt eum z recordarenť pacti ſui z tñ ipſi nō audierūt verba ꝓphetaꝝ ſed faciebāt ꝑm conſuetudinē antiquā.ſ.ſicut ꝓſueti erant a principio regū iſrael colere idola:ita z nūc colebant illa qñ deus admonebat eos per prophetas z nunquā ceſſauerunt vſq; ad diem quo tranſlati ſunt de ſa- † maria in terram aſſiriorum(fuerunt igitur gentes iſte ti- ß mentes quidem dominuz.)hic reuertitur ſcriptura ad enarrandū de ſamaritis z dicitur q; iſte quinq; gentes que ducte ſunt de terra aſſiriorū in ſamariaz timuerunt dn̄m z intelligitur de timore ſeruili:quia ſolū timebant eū ne mitteret leones ꝓtra ipſos ſicut prius miſerat anteq; inciperent colere eum:z tñ non timebant euz timore filiali vnde ſupra dicitur de iſtis gentibus non timēt † dn̄m nec cuſtodiunt cerimonias eius(ſed nihilominus idolis ſuis ſeruientes)quaſi dicat ſz timeant deum z faciant ei ſacrificia:tñ non deſinebant ſeruire idolis faciendo eis ſacrificia ſicut cōſueti erant facere in terra ſua.z dr̄ hoc ad redargutionē ſamaritaꝝ:quia cū colerēt deuz non debebant ſimul colere idola:qr talis cultus non plz deo ſicut dixit ſamuel iſraelitis ſupra.i.li.c.vy.ſ.ſi in toto corde veſtro quertimini ad dn̄m abijcite de medio veſtri deos alienos baalin z aſtaroth z ob hoc deus vocat ſe zelotē:exoō.xxxiiij.ſ.ego ſum dn̄s deus tuus zelotes.

nā ſicut vir zelotes nō vult q; aliqs accedat ad vxorem ſuā ſz ipſe ſolus vult diligi ab ea ita deus ſolus vult a nobis coli:z ſicut mulier q̄ accedit ad aliū q̄z ad virū ſuuz dr̄ adulterari ita qui colūt aliuz q̄z deū dicunť fornicari: iuxta illud ꝓdes oēs q fornicantur abs te:z iſte eſt modus cōis loquēdi in ſcriptura:(nā z filij eor̄ z nepotes † ſicut fecerūt parentes ita faciunt vſq; in ꝓſentem diem) ſc3 filij z nepotes iſtor̄ qui ducti ſunt ad habitanduz in ſamariā ſeruant iſtū modū q; timent dn̄m z q; colūt idola:z hoc eſt qr ſic fecerunt patres eor̄.ſ.primi qui venerunt in terrā illā:z iſta conſuetudo ſeruata eſt vſq; ad p̄ſentē diē.i. vſq; ad diē quo hieremias ſcripſit librū iſtū poſt captiuitatē babilonis.ſ.facta tranſmigratione.

¶Que erat ꝓditio ſamaritanor̄ q vocati fuerūt ſamaritāi tpe xp̄i z mores eor̄ z hiſtorie circa ipos. Cō.xxiij.

Queretur de ſtatu z ꝓditione iſtorum habitatorum terre. Et dicendū eſt q; iſti ſunt qui vocantur in euāgelio ſamaritani eo q; venerunt ad habitandū in terrā ſamarie tranſlatis inde prioribus habitatoribus.iſti enim inter iudeos computātur ſed non ſunt iudei ex genere ſed aliquo mō ꝓuerſi.iſti ēt a principio non tenuerunt cultū dei ſed idolorum ſuorū z pcuſſit illos deus mittēdo leones ꝓtra eos:ſed poſtea veniente ſacerdote qui docuit eos tenere cultū legis dei ceſſauerunt leones:z ex ipſo tpe ceperūt iſti ſamarite ſimul colere deū faciēdo ſibi ſacrificia z colere idola z iſtā ꝓſuetudinē tenuerūt longo tpe:nā qñ hieremias ſcripſit librū iſtū tranſlatis iudeis in babilonē tenebāt ſamaritē iſtū rituz vt p3 in lra:nō tñ ſemp tenuerunt iſtū cultū ſed aliquando venerunt ad colendū ſolū deū z ſic erat tpe chriſti: nam tūc ſolum erat diuerſitas inter iudeos z ſamaritanos in quo loco adorāduz erat:ſed nō erat diuerſitas an deberet deus adorari vel idola. Sic patet qñ chriſtus tranſiuit p terrā ſamaritanorū apud ſichem z mulier ſamaritana egreſſa ad hauriendū aquā petiuit ab eo de loco adorationis dicens:domine video qr ꝓphēta es tu patres noſtri adorauerūt in mōte hoc z vos dicitis qr hieroſolimis eſt locus vbi op3 adorare:z xp̄s reſpōdit vos adoratis qō neſcitis nos adoramus qō ſcimus qr ſalus ex iudeis eſt.ioā.iiij.ſi tñ ſamaritani colerent idola ꝑ tūc nō fuiſſet qō principalis inter eos de loco adoratiōis ſed de ipſo deo qui adorādus erat z de illo q̄ſiuiſſet mulier.Etiā ſamaritani illo tpe obſeruabant aliquo mō cerimonias legis quātū ad locū adorādi z faciēdi ſacrificia:nā nō faciebant in multis locis ſed in vno.ꝓpter quo ſciendū q; a principio iſte gentes ceperunt colere deū ponēres templa in diuerſis locis:ſicut dr̄ ſupra in littera q; conſtituerūt ſacerdotes excelſorū z ponebāt eos in phanis ſublimibus z in hoc faciebant contra legē:quia lex volebat vnicū eſſe locuz in quo fierent ſacrificia:leui.xvij.z deu.xij.nunc aūt habebant vnum templū ſamaritani in monte garizin apud ſichem ad qō ꝓueniebant ad faciendū ſacrificia z non faciebant illa in aliis locis terre:z ſic nō dubitauit mulier ſamaritana an in vno vel in pluribus locis ſacrificandū eēt ſed ſuppoſuit eſſe vnū locū:de illo tñ quis eēt dubitauit.ſ.an eſſet in hieruſalē vel in monte illo in quo conſtituerant templum ſamaritani. ¶Conſiderandū vlterius q; inter ſamaritas lz obſeruarentur tpe chriſti cerimonie legis:tñ ipſi non recipiebant oēs libros ſacre ſcripture ſed ſoluz quinq; libros moyſi:de aliis aūt nō curabāt:ſic eſt aſſertio omniū.ratio tñ quare hoc fecerunt fuit duplex.ꝓxima fuit quia ſamaritani nō receperunt niſi illos libros q erant inter hebreos eo tpe quo ipſi tranſlati ſunt de terris ſuis in ſamariam:z tñ tunc non erāt niſi quinq; libri moyſi ideo illos ſolum receperunt.patet hoc quia iſti libri regum nondum erant ſcripti:quia per hieremiā ſcripti fuerunt poſt tranſmigrationē babilonis que fuit multo poſt.Etiam non erat tunc liber paralipo.quia iſte ſcriptus eſt per eſdram vt ſuo loco declarabitur.libri etiam ꝓphetaꝝ.ſ.Iſa.Hiere.Daniel.Ezechiel.et duodecim minor̄ prophetaꝝ nondū ſcripti fuerāt:qr plurimi iſtor̄ nondum nati fuerant: alij autem nondum fuerant mor-

Notanduz de iſtis ſamaritanis.

ß Samaritani recipiūt quinq; libros moyſi tñ. ꝓxima cā.

tui: z sic libri pphetiarū suarū nōdū habebantur. liber aūt psalmoz quāc̄ p maiozi pte a dauid factus fuerit: tū nōdū erat cōpilatus in vnū: quia ista cōpilatio facta fuit per esdram. libri aūt salomonis. s. puerbiorū eccle-
siastes z canticoz vt quidā volunt nō erāt scripti lz snie eoz a salomone plate eēnt: de quo quid sit vez dictum est p̄cedēti li. c. iiij. z dato q̄ scripti eēnt forte rari habebant potissime qz ad sacram scripturā libri illi nō ptinēbāt sed ad moralē instructiones. libri aūt iudicū z iosue per samuelē scripti erant: z tū apud rarissimos habebantur: qz ēt ipsi iudei tunc de hoc parū curabāt cū isti eēnt
Scōa cā. libri bistorici. Secunda causa fuit: quia ille qui tradidit cerimonias z legē samaritanis fuit quidam sacerdos de israelitis qui fuerant ducti captiui in assirios: et tamen isti israelite cum separati essent a iudeis inter quos erāt pphete non habebant libros prophetiarū nec aliquid aliud dato q̄ tunc scripti esse potuissent: sed solū habebant quinq̄ libros moysi qui a principio erant inter he-
Tertia cā. breos anteq̄ fieret diuisio regni z istos dedit sacerdos ille samaritis. Tertia causa z potissima fuit: quia sacerdos iste non missus est ad erudiendum samaritas nisi in cerimonijs colendi deū: nam ipsi putauerunt se percuti a leonibus qz ignorabant legitima dei terre illius: z sic rex assiriorum misit sacerdotez qui doceret legitima dei terre vt p3 in littera: z postea dicitur q̄ cum venisset iste sacerdos docebat eos quomodo colerent dominū. cultus tamen domini z oēs cerimonie que obseruāde erāt a iudeis solum p̄sistebant in libris Moysi quia isti sunt pure legales: ideo solū tradidit eis sacerdos ille libros Moysi. vnde dato q̄ tunc scripti essent apud israelitas omnes libri sacre scripture qui non habentur: sacerdos ille nō tradidisset samaritis nisi q̄nq̄ libros moysi quasi non eēnt eis plures necessarij aut opportuni: ipsi aūt noluerunt postea recipere plures quāc̄ inter hebreos plures haberent. ¶ Considerandū vlterius q̄ quāc̄ samaritani habitarent in eadem terra in qua hebrei. s. in terra illa quā tenuerant p̄ius decē tribus: tamē non cōmunicabant hebrei cuz samaritanis in cibo nec in potu nec in alijs generibus cōmunicationis nisi samaritani redirent ad cultū hebreorum omnino: sic patet Joā. iiij. qñ petiuit Christus potū aque a muliere samaritana: nam ipsa respondit quomodo tu iudeus cum sis bibere a me poscis que sum mulier samaritana. non enim conuntur iudei samaritanis. i. cōmunicāt cū eis. sic etiam christus aliqualiter vetuit discipulis suis cōcationē samaritanorum a principio p̄dicationis z posuit eos in eadē habitudine ad hebreos in qua erant gentiles vt p3 Matth. x. z Luc. ix. s. in viam gentiū ne abieritis z in ciuitates samaritanorū ne introieritis sed ite potius ad oues que perierunt domus israel. conuertebant tū multi de samaritanis ad ritū iudaicū z morabātur inter eos: quod p3 ex exēplis que xp̄s ponit. s. de illo qui incidit in latrones z transiuit apud eū sacerdos z non misertus est illi z leuita eodē modo z samaritanus transiuit z misertus est: Luc. x. p3 etiam de decem viris leprosis q̄ mundati sunt a christo dum dixit eis ite z ostendite vos sacerdotibus z dū irent mundati sunt in via z nō fuit de illis qui rediret ad reddendū gratias deo nisi vnus qui p̄cidit ad pedes christi z iste erat samaritanus: Luc. xvij. quando tū aliquis conuertebat ad iudeos de samaritanis habebat in paruo honore vnde in improperiū dicebatur alicui q̄ erat samaritanus. vnde iudei dixerūt christo ad vitupe-
randū eū nōne bene dicimus nos q̄ samaritanus es tu z demoniū habes: Joānis. viij. Sciēdū aūt q̄ samarite erant emuli hebreorū z aduersabant eis quātū poterāt sicut patet. j. esdre. c. iiij. z. v. vbi prohibuerunt hebreos edificare tēplū dñi z inquietauerūt eos apud regē persarum quousq̄ impetrauerūt denuo hebrei q̄ continuarent edificationem vt p3 ibidē. Sic etiā fuit in edificatione murorum bierusalē: nā isti samarite insidiati sunt valde hebreis ad occidendū eos duz edificarēt z sepe agrediebātur hoc ita vt cogerent hebrei diuidere se in duas partes z medietas eoz tenebat lanceas z arma et medietas faciebat opus edificationis vt p3 neemie. c. iiij. v. z. vi. isti etiā samarite inuidebant valde hebreis: naz q̄n videbant hebreos in aliqua felicitate dicebant se esse cognatos eorum de stirpe efraim z manasse: cum vero hebrei essent in aliqua infelicitate dicebāt se nō esse de stirpe iudeorū: sic ait Josephus. ix. z. xi. antiqui. z qz tēpore quo christus natus est z p̄dicabat in terra videbant hebrei esse in aliquali prosperitate rerū vocabant se samaritani de stirpe hebreorū. s. filios iacob sic p3 de muliere illa samaritana q̄ dixit ad christū nūquid tu maior es patre nostro Jacob qui dedit nobis puteū hunc z ipse bibit ex eo z filij eius z pecora eius: ioā. iiij. tēpus aūt quo redierūt samaritani ad seruādū cerimonias legis p̄ magna parte z sacrificandū in vno loco fuit q̄n fabricatū est eis templū honorabile in monte garizin q̄ est mons excelsior in tota samaria z inceperunt ibi habere summuz sacerdotē noie manasses de stirpe aaron qui erat frater summi sacerdotis hierosolimitani. fuit aūt constructum templū illud tpe quo darius z alexāder pugnabāt vt ait iosephus. ix. antiqui. de quo locuta est mulier samaritana ad christū dicens p̄res nr̄i adorauerūt in monte hoc i. in tēplo qō est in isto monte z vos dicitis qz hierosolimis est locus in quo op3 adorare: ioā. iiij. de p̄structione aūt tēpli huius z origine eius magna est bistoria quā ponit Josephus. xi. antiq. z forte exponet ioan. iiij. vel sup esdram vbi oportunius videbitur.

Nota p̄ intellectu euangelij.

¶ Incipit capitulum. xviij.

A ij. paralip. xxix. c.

ANno tertio osee filij bela regis israel: regnauit ezechias filius achaz regis iuda. vigintiq̄nq̄ annoz erat cū regnare cepisset



ANno tertio. Descripta i p̄cedētibus regni iuda z israel continuatione z regni israel vltimata destructiōe: hic agitur de regni iuda continuatione z extrema destructione z diuiditur in q̄nq̄ partes: qz primo ponitur quid factū est sub rege ezechia. ij. quid factuz est sub manasse z amon. j. xxi. Tertio quid factuz est sub iosia z ioathas. j. xxv. Prima in duas qz primo ponitur ezechie vita laudabilis. Secundo eius liberatio mirabilis infra xx. prima in duas: qz primo ponit qualiter se habuit in aduersitate ibi (anno quartodecimo.) prima in duas. s. in partem principalem ibi (anno quarto.) ¶ Quereꝫ circa primū an ea q̄ habenꝫ hic fuerint facta post p̄cedētia z an immediate. ¶ Ad primuz dicendū q̄ hic est continuatio ad p̄cedentia: non qdem q̄ oia que habentur hic fuerint facta post illa sed qz prius inchoata sunt ea q̄ habenꝫ p̄cedēti. c. c̄z ea que habenꝫ hic: quod p3: qz supra dicebaꝫ de regno Osee z quō ille cepit regnare z eo regnāte translati sunt israelite in terrā assiriorū: hic autez dicꝫ de regno ezechie qō cepit postc̄z cepit regnare osee in israel. s. anno tertio eius: z tū non fuerunt completa ea q̄ habentur supra anteq̄z incipcrent ista: qz supra agiꝫ de translatione israelitarū in terraz assiriox z illa fuit anno nono osee regis israel vt p3 infra in littera: z tamen iam regnabat ezechias in iuda immo sex anni erant quibus regnare ceperat vt p3 infra in littera: ideo sex annis fuerunt simul ea que habenꝫ hic z p̄cedēti. c. z tribus annis p̄cesserūt illa ad ista: qz ibi agitur de principio regni osee: hic aūt agitur de principio regni ezechie: z tū ezechias regnauit anno tertio osee vt p3 hic. ¶ Ad secū duz p3 solutio ex dictis: nam non solū non intercidit aliquid inter ea que habenꝫ supra z hic sed etiā ista z illa fuerūt in eodē tempore: nam sex annis fuerunt vtraq̄ simul vt supra declaratum est (anno tertio Osee filij Bela regis israel) iste fuit vltimus regū israel qui trāslatus est in terram assiriorū cū populo suo z anno tertio eius cepit regnare ezechias in iuda. et vocatur iste filius bela ad differentiam Osee prophete qui etiam contemporaneus fuit huic

Qō. I.

A De ordine ad p̄cedentia an sit cōtinuꝰ z immediatus.

Rñsio ad primum.

Rñsio ad secundū.

†

A Samarite erāt emuli hebreorū.

¶ Samaritani et iudei non cōicabant.

fuit huic:nam prophetauit tempore achaz ꝛ ezechie regū iuda vt patet osee primo:ꝛ etiā iste osee regnauit in israel duz regnarent in iuda achaz ꝛ ezechias vt pz precedenti.c.ꝛ hicideo vocaf iste osee filius hela:ꝛ osee ꝓpheta vocaf filius beeri vt patet osee.j.(regnauit ezechias filius achaz.)iste fuit bonus rex melior omnibus precedentibus preter dauid(viginti quinqz annoꝝ erat cū regnare cepisset)genuit eum pater suus in parua eta te:ideo erat ꝓuectus quādo cepit regnare(ꝛ viginti nouem annis regnauit in hierusalē)fuit bonus rex ꝛ magno tempore regnauit:ꝛ sic vixit annis qnquaginta q̄tuor.s.qz erat viginti quinqz annoꝝ quādo cepit regnare ꝛ postea vixit viginti nouē annis ꝛ computanf in hys anni qndecim quos deus addidit vite eius.naz cū egrotaret ad mortem dixit ei deus q moriturus erat ꝛ cum plorasset addidit ei ꝙquindecim annos vite.j.xx.ꝛ dicif regnasse in hierusalem:quia ibi erat sedes regni omniū regum iuda(nomē matris eius abisa filia zacharie)ista erat de hierusalē vt quidam volunt:nam cū reges iuda non acciperent vxores de alienigenis accipiebant filias subditorum suorum in vxores.

Qō.2. A

¶Ezechias q̄ anno osee regis israel regnauerit. Qō.ij.

Queretur quō stat q anno tertio osee regis israel regnauerit ezechias in iuda:nā potius videf q regnauerit anno.xij.vel.xiij.eius qō pz:qz achaz pater ezechie cepit regnare anno.xvij. phacee filij romelie regis israel.ē.xvi.ꝛ ille phacee regnauit viginti annis.ē.xv.ideo supererāt anni tres vel quatuor ad plus de regno eius quādo cepit regnare achaz:ꝛ tamē achaz regnauit annis.xvi.supra.xv.iō regnaret ipse post mortē phacee duodeciz vel tresdeciz annis:ꝛ tamen regnauit osee filius hela post phacee.ē.xv. ergo iam essent translati anni.xij.de regno suo ad minus quādo moreretur achaz ꝛ inciperet regnare filius suus ezechias:ꝛ tamen non regnauit osee nisi nouez annis qz nono anno regni sui translatus est israel in assirios.j.in lra iō oportebat q anteq̄z inciperet regnare ezechias saltem per tres annos cessauisset regnare osee:ꝛ tamē hic dicif q anno tertio eius regnauit. ¶Respondendum q ista difficultas venit ex tempore achaz:nam precedēti.c. dicif q osee cepit regnare in israel anno duodecimo achaz regis iuda:ꝛ tamen vt ibi ꝓbatum est deberet dici anno tertio vel quarto regni achaz cū achaz cepisset regnare anno.xvij.phacee.dicendū tamen est sicut ibi diximus q octo anni vel nouē de principio regni osee subticenf quia in illis nō regnauit pacifice ꝛ primus annus quo regnauit pacifice fuit annus duodecimus regis achaz:ideo tunc dicif cepisse regnare:ꝛ computādo ab eo tēpore dicif q anno tertio osee cepit regnare ezechias s.quia illis tribus annis solum regnauerat pacifice osee quādo mortuus est achaz:ꝛ ideo soluto illo solutum est istud. ¶Quereſ vlterius dato q regnū osee qō computandum erat ab anno tertio vel quarto achaz computetur ab anno.xij.eius sicut computaf precedēti.c.quomodo potest stare q anno tertio osee cepit regnare ezechias:nam videf q regnauerit anno quarto vel quinto eius:qō patet:quia precedenti.c.dicif q anno duodecimo achaz cepit regnare osee.ꝛ tunc aut accipief ille annus duodecimus tāq̄z incipiens vel consumatus.si tāq̄z incipiens erunt anni quinqz de regno osee quādo ceperit ezechias quia achaz regnauit decem ꝛ sex annis.ē.xv.si āt eēt annus duodecimus cōpletus regnaret osee quatuor annis anteq̄z inciperet ezechias:iō nullo modo poterat incipere in anno tertio regni eius. ¶Respondē duz q ista diuersitas tolenda est per annos inchoatos ꝛ completos.nam aliquādo non computaf annus qui est inchoatus ſz solū cum precedēti facit annum:aliquando autē annus inchoatus computatur.hic autē dicendū q annus duodecimus achaz erat finitus quando cepit regnare osee ꝛ erat inchoatus tredecimus ꝛ magna pars eius transierat:ꝛ tamē computaf solū duodecimus quia tredecimus non erat finitus.supereſſent ergo vsqz ad finem anni decimi sexti achaz anni tres ꝛ partē plus ꝛ istis regnasset osee quando cepit regnare ezechias: ꝛ sic erat inchoatus annus quartus regni osee:qz tamen non erat finitus dicif annus tertius.alij autē soluunt aliter dicentes q regnauerit ezechias aliquanto tēpore viuēte patre suo achaz ꝛ illud tempus computatur de regno eius ꝛ tunc erat annus tertius osee:ꝛ tamē quādo postea cepit regnare p se ezechias mortuo achaz erat annus quintus regni osee. Sed istud non est ꝙuenienter dictū. ꝙPrimo qz scriptura loquif hic de regno ezechie quando per se regnauit cum supra dixerit de morte achaz.ē.xvi.in fine. Secundo patet quia tunc sequereſ q computarentur alīq anni bis qz omnes anni quibus regnauit achaz fuerunt decē ꝛ sex ꝛ oēs anni quibus regnauit ezechias fuerunt viginti nouez.si autē computareſ hic tēpus quo regnauit ezechias simul cum achaz illi anni bis computarenf:ꝛ istud est valde incōueniēs ꝛ contra intentionē sacre scripture que computat annos regum ad sciendū quantitates tēpoꝝ ꝓteritoꝝ:ꝛ tū si iydem anni cōputarē tur bis nulla esset certitudo in numeris sacre scripture. Tertio pz qz ezechias erat viginti quinqz annoꝝ quādo cepit regnare:ꝛ sic quādo per se inciperet regnare q eēt anno quinto osee vt isti volūt esset annorū viginti septē: ꝛ tamē achaz pater suus vixit solū annis triginta sex.s. viginti annorū erat quādo regnare cepit ꝛ decē ꝛ sex annis regnauit.ē.xvi.ꝛ sic nouez annos haberet qñ gigneret ezechiam qō nō est asserendū:tenendū ergo est sicut supra diximus:qz non sequif tunc aliqō inconueniēs.

Cōfutatio.

Prima rō.

Scōa rō.

Tertia rō.

¶Queretur vlterius quomodo poterat esse Ezechias viginti quinqz annorum quando cepit regnare qz pater suus solū vixit annis triginta sex.s.viginti anteq̄z regnaret ꝛ decem ꝛ sex in regno.ē.xvi.iō esset annoꝝ vndeciz achaz quādo nasceref ezechias:sed istud nō est satis credibile q puer decem annorū possit gignere. ¶Aliquis dicet q ezechias non erat annoꝝ viginti quinqz quando mortuus est achaz ſz forte erat annoꝝ viginti:ꝛ tū quando cepit regnare erat annoꝝ viginti ꝛ quinqz:ꝛ tunc dicef q quinqz annis mansit sine administratione regni et illis quinqz annis non dicef regnasse.sic enim dictum est nūc ꝛ ꝑcedēti.c.de osee q successit in regno ipsi facee filio romelie ꝛ mortuus est ipse anno tertio vel quarto regni achaz:ꝛ tamē nō dicif regnasse osee vsqz ad annum duodecimū achaz:qz octo annis vel nouē non ministrauit regnū aut saltem non se habuit pacifice. ¶Dicendū q si nullus alius modus soluendi esset oporteret recipi istum.nam sic etiā dictū est de rege ozia.ē.xv.ꝛ tamē nō sequif aliqō inconueniens cōcedendo lram eo mō quo iacet:iō nō opz queri subterfugia.ꝛ apparet hoc quia si esset aliqua diuersitas in annis: poneref aliter in libro palipo.q̄z hic:ꝛ tamē sicut hic dicif q erat vigintiquinqz annoꝝ ezechias cum regnare cepisset ꝛ regnauit viginti nouem annis:ita dicif.ij.palipo.xxix. ¶Dicendū ergo q achaz vixit annis triginta septē vel modicum plus: ꝛ hoc potest dici:qz supra.xvi.dicif q erat viginti annorū cū regnare cepisset:ꝛ dicemus q illi anni erant completi ꝛ magna pars vigesimi primi trāsierat:ꝛ tū non computaf nisi vigesimus qz vigesimus primus nō erat consummatus.ꝛ cū dicif ibi q regnauit annis decem ꝛ sex: potest dici q fuerunt quasi decē ꝛ septē:ꝛ tamē computanf decē ꝛ sex solū quia decimus septimus nō erat cōpletus:ꝛ sic erunt quasi triginta octo anni quibus vixerit achaz:de ezechia autē dicif q erat viginti quinqz annoꝝ quādo cepit regnare. Intelligendū est q esset viginti quatuor completoꝝ ꝛ inchoaret vigesimum quintum ꝛ computaf ille:quia aliquādo scriptura computat annos incompletos vt sepe visum est in isto libro ꝛ in ꝑcedēti ꝛ sic dicimus q achaz erat quasi triginta octo annoꝝ cū mortuus est ꝛ ezechias viginti quatuor annoꝝ ꝛ paucoꝝ dieꝝ qñ cepit regnare:subtrahanf ergo viginti quatuor de triginta octo ꝛ manebūt quatuordeciz: ꝛ sic esset achaz q̄si quatuordeci annoꝝ qñ gigneret ezechiā: ꝛ istud nō est admirabile nec ꝙtra cōmunē cursuz:qz in illo tēpore iura dicūt masculos esse puberes ꝛ tunc esse aptos ad ꝙtrahendum matrimoniū:ꝛ tū adhuc in qui-

Qō.4. A

Ezechias an eēt.xxv. annorū qñ cepit regnare.

ꝙPria rñio.

Alia rñsio.

Qō.3. A

Si computatio regni osee sit ab anno .xij. Achaz an ezechias ceperit regnare anno.iij. osee.

Obycitur.

Rñsio.

busdam preuenit pubertas tēpus illud:ideo satis rōnabile erat q̄ achaz anno quartodecimo suo gigneret ezechiam potissime qr filiȳ regum consueuerūt vxores accipere in minori etate q̄z alȳ viri.

Qō.ꝯ. A Pria opi. Cōfutatie.

¶Zacharias pater abise matris ezechie qs fuit. Qō.v.

Queretur vlterius quis erat iste zacharias cuius fuit filia abisa mater ezechie. ¶Aliqui volunt q̄ iste fuerit ille zacharias qui fuit filius ioiade sacerdotis quez occidit rex ioas.ȳ.palipo.xxiiȳ.ꝛ ita tenent hebrei multi. Sed dicendū q̄ nō stat: qr nō poterat ista tanto tēpore viuere vel si posset viuere aliquo modo nō esset apta vt acciperet in vxorē. ꝛ p̄z hoc computando oēs annos medios vsquequo accepit achaz vxorē.nā vt declaratū est precedēti q̄stione achaz genuit ezechiā anno q̄rtodecimo suo inchoato ꝛ regnare cepit anno vigesimo:ideo septē annis accepit vxorem anteq̄z regnaret.debēt ergo computari tēpora regū precedētiū vsq̄ ad achaz.fuit aūt zacharias tempore regis ioas:nam ipse vnxit ioas in regē.ȳ.palipo.xxiȳ.ſ.vnxit quoq̄ illum ioiada pontifex ꝛ filȳ eius:ꝛ sic poterat illo tempore zacharias filius ioiade habere filios ꝛ filias qr esset vir magnus cū vngeret regem ioas:tamē regnauit annis quadraginta.s̄.xȳ.amasias aūt filius eius annis viginti nouē.s̄.xiiȳ.ozias autē filius eius annis quinquaginta duobus supra.xv.ioathan vero filius eius annis decez ꝛ sex.e.c.ꝛ isti sunt simul anni centū triginta septē de quibus subtrahant septem anni quibus achaz accepit vxorem anteq̄z moreret pater suus ioathā ꝛ anteq̄z ipse inciperet regnare vt supra dictū est manebūt centū triginta de quibus nō possumus subtrahere triginta ēt si vellimus:quia zacharias filius ioiade occisus fuit a rege ioas ꝛ istud fuit ante finem regni sui aliquanto tēpore ꝛ sic essent decem anni:quia mox vt cōuersus est ioas ad idola mortuo ioiada sacerdote factū est hoc : ꝛ sic eēt ista mulier centum annorum ad minus quādo accipere tur in vxorem:ꝛ tamen istud non est opinabile maxime q̄ filius regis puer quatuordecim annorum acciperet mulierem centenariam. ¶Item dato q̄ acciperet eam non posset gignere:quia in tanta etate nō fierent ei mulierbria.raro enim mulierbria accidūt alicui femine vltra sexaginta annos ꝛ cum mulierbria desinunt fieri impossibile est esse conceptum naturaliter:ideo ponitur ꝑ miraculo conceptio Isac.Geñ.xviij.ſ.erant ambo senes ꝛ ꝑuecte etatis desierantq̄z sarre fieri mulierbria. Dicendū ergo q̄ ista mulier erat filia alterius zacharie qui multo tempore esset post q̄z fuit zacharias filius ioiade. ꝛ maxime op̄z hoc dici secundū opinionem quorūdā hebreorū qui volunt illam auctoritatē:Isaie.vȳ.ſ.ecce virgo concipiet ītelligi de natiuitate ezechie ꝛ dicūt ipsi ecce puella concipiet:ergo mater ezechie secundum eos debebat esse puella(fecitq̄z q̄ bonū erat coram dño).ſ. ezechias fecit q̄ bonū erat corā domino.i.q̄ deus iudicabat bonum.ſ.non coluit idola sicut coluerat pater suus achaz ꝛ multi alȳ de regibus iuda ꝛ etiā custodiuit totā legez fuitq̄z nimis solicitus in ea vt p̄z.ȳ.palipo.xxix.ꝛ.xxx. (iuxta omnia que fecerat dauid pater eius).ſ. imitatus est dauid in omnibus(ipse dissipauit excelsa).ſ.destruxit altaria que erant in multis locis extra templuz domini. Nam pater suus achaz clauserat templū domini vt nō fierent ibi sacrificia ꝛ constituerat aras in omnibus angulis hierusalem ꝛ in omnibus vrbibus iuda ꝛ in montibus ꝛ colibus.s̄.xvi.ꝛ.ȳ.palipo.xxviij.ezechias autez destruxit omnia ista.etiā reges iuda qui precesserant ad achaz fecerant multa altaria extra templū domini ꝛ nullus illorū abstulerat ista excelsa preter ezechiā vt p̄z ex processu precedentis libri ꝛ istius:nam vbicūq̄z dicitur de aliquo rege bono subiungitur verum tamen excelsa non abstulit:Ezechias autem excelsa abstulit que fecerant reges precedentes ꝛ populus(ꝛ contriuit statuas) scilicet imagines deorum quas introduxerant reges idolatre:nam in tantum peruenerat malitia quorūdam regum idolatrarū vt etiā in templo domini ponerent curros solis ꝛ equos ꝛ alias statuas ꝛ per multa loca bieru salem ꝛ aliarū vrbium:nam vbi erant altaria etiā erant statue:quia altaria erant ad reuerentiā illaꝝ statuarum quas deos vocabant(ꝛ succidit lucos)erant luci congregationes arborū apud altaria idolorū vt post sacrificia vacarent libidini cultores idolorꝝ in locis illis que erant vmbrosa ꝛ obscura.vnde ꝛ in templo domini factus fuerat lucus a regibus idolatrie ꝛ iosias fecit educi illū de templo ꝛ cremari in torrente cedron.j.xxiij.ꝛ dicit̄ succidit:quia succidere pertinet ad arbores ꝛ lucus erat de arboribus(confregitq̄z serpentē ereuz quē fecerat moyses)iste serpens factus est in deserto mādato domini: nā murmurante populo misit deus serpentes ignitos q̄ occidebāt multos de populo cunq̄z plangeret populus iussit deus fieri serpentē eneū ꝛ poni in alto vt oēs possent videre illum ꝛ quādocūq̄z esset aliquis percussus a serpentibus videns illum sanabat:numeri.xxi.(si quidem vsq̄ ad illud tempus filȳ israel adolebant ei incensum) ſ.israelite tulerunt serpentem illum secum de deserto et tenuerunt omni tēpore vsq̄ ad regnum ezechie:ꝛ ipse illum confregit qr erat iam populo ad scandalū.ſ.qr adorabat eum populus vt deū ꝛ offerebat ei sacrificia ꝛ incensuz(vocauitq̄z eum noeschā).i.post q̄z confregit serpentē vocauit illuz noeschā qō vult lra nostra esse nomē ꝓprium:quia forte ezechias vocauit illud hoc nomine vt iam non retineretur memoria nominis prioris.in hebreo tamen vocaꝝ nehuschā ꝛ est nomē appellatiuuz qō signat es purū siue massam eneā ꝛ vocauit illū sic ad significandū q̄ in illo serpente nō erat aliqua virtus diuina sed soluz erat massa enea nullius virtutis. ꝛ vocauit sic illū contra intentionē populi:qr populus putabat virtutem deitatis esse in serpente illo ꝛ ob hoc offerebat ei incensum tā q̄z deo(ꝛ in domino deo israel sperauit)potest dupliciter intelligi:vno modo referendo ad serpentem de quo dicitur.ſ.populus habebat spem in serpente q̄ posset sanare eos a languoribus ꝛ propter hoc offerebant ei cultum diuinū:ipse aūt ezechias nō sperauit in serpente q̄ posset ei bonū vel malum facere sed in solo deo israel. Aliter potest intelligi q̄ ponaꝝ ista verba ad quādā cōmēdationē ezechie.ſ.qr vna de virtutibus suis fuerit q̄ sperauit in dño.i.in oibus operibus suis habebat spem in dño ꝛ ipse dirigebat euz.ꝛ boc fuit ꝓtra morē patris sui achaz:nam putauit achaz q̄ dij syrie adiuuarent eum sic p̄z.ȳ.palipo.xxviȳ.ſ.dij regum syrie auxiliantur eis quos ego placabo muneribus ꝛ aderūt mihi.ezechias autem non habuit spem in aliquo idolo sed in solo deo.

¶Quare ezechias ꝛ alij boni reges comparaꝝ ad dauid in bono q̄ fecerunt. Qō.vi.

Qō.6. A Rīsio.

Queretur quare dicit hic q̄ fecit ezechias bonū corā dño sicut fecerat dauid.ſ.quare comparat dauid. ¶Rñdendū q̄ reges iuda erant in triplici differentia qdā erant oīno mali sicut achaz manasses ꝛ amon:de achaz p̄z.s̄.xvi.de manasse ꝛ amon.j.xxi.alij erant boni sed non oīno sicut ioas amasias ꝛ ozias.alij aūt erāt oīno boni sicut ezechias ꝛ iosias. De primis non ponit aliqua comparatio ad dauid eo q̄ dauid nō erat malus sicut isti.de secundis aūt qui erāt aliqualiter boni dicit̄ q̄ fecerūt bonū corā domino sz non sicut dauid:sic dicit̄ de amasia.s̄.xiiȳ.sic etiam de aliquibus alijs.de tertijs aūt qui erāt boni oīno dicit̄ q̄ fecerunt bonū corā dño sicut dauid ꝛ sic dicit̄ hic de ezechia ꝛ.j.xxȳ.de iosia. Aliquādo aūt dicit̄ de malis q̄ nō fecerūt bonū sicut dauid:sicut dicit̄ de achaz.s̄.xvi.ꝛ tñ istud rarū est. ¶Ratio aūt q̄re comparaꝝ isti reges ad dauid est:qr scom regulā philosophi.x.methaphisice in vnoquoq̄z genere est dare vnuz q̄ sit metrū.i.mensura aliorꝝ in pfectione:ꝛ sic in genere colorū damus vnū colorē:ꝛ in genere alialis damus vnā speciem.ſ.hominē.et tunc oīa que sunt in illo genere comparaꝝ ad illud q̄ est mensura ꝛ secūdū habitudinē quā habēt ad illud dicunt̄ habere magis vel minus de pfectione:qr illa que magis accedunt ad illud vnū dicunt̄ esse pfectiora ꝛ que minus accedūt sunt minus pfecta:ita in tota serie regū

inda

Opinio auctoris.

† Ex hoc p̄z q̄ errant Adediolanēses affirmantes q̄ serpēs moy si est apud eos in eccle sia scti Ambrosij.

Reges iuda i triplici differētia.

iuda non erat aliquis tā excelens sicut dauid:qꝛ de ipso dixit deus:inueni virū sc̄m coꝛ meū.s̄.j.li.c.xiy.ꝛ non dixit h̄ de aliq̄ alio iō oēs aly reges sc̄m q̄ imitarentur eum erant magis vel minus pfecti ꝛ qui pfectioꝛ esse poterat esset ille qui totaliter assimilaret dauid.ꝛ sc̄ꝫ hoc mali reges cognoscerent esse mali in quantū non imitabant dauid:boni aut̄ cognoscebant esse boni in quátuꝫ imitabant eum:ꝛ tamē quia inter bonos erat differētia in gradu de illis qui nō fuerūt oīno boni:dicit̄ q̄ fecerūt bonū coꝛā domino sed non sicut dauid.qui aūt erāt oīno boni imitabant totaliter dauid:ꝛ de istis dicit̄ q̄ fecerūt bonum coꝛā domino sicut dauid pater eoꝝ.ſ.q̄ in nullo recesserunt a viis eius.si aut̄ fuisset aliquis rex pfectioꝛ inter reges iuda ille poneret tāq̄ extremum comparationis ad omnes reges. ¶Quereꝛ vlteriº quomodo est verum q̄ ezechias fecerit oīno sicut dauid pater suº ꝛ quomodo alij reges nō fecerunt sicut dauid. ¶Aliqs dicet q̄ hoc fuit qꝛ ezechias non coluit aliquādo idola: alij aut̄ reges qui aliquādo erant boni aliquādo colebant idola:sicut fuit de ioas qui a principio fuit bonus ꝛ postea coluit idola.ij.palipo.xxiij.sic etiam fuit de amasia qui prius fuit bonus ꝛ postea coluit deos edon vt p3 e.li.c.xxv.¶Sed dicendū q̄ non dicitur ꝓpter hoc qꝛ alij reges fuerunt qui nunquā coluerūt idola:ꝛ tamē nō dicit̄ de eis q̄ fecerūt sicut dauid.sic patet de ozia.s̄.xv.ꝛ.ij.palipo.xxvi.ꝛ de ioathā.s̄.xv.ꝛ.ij.palipo.xxvij. et tñ de neutro istoꝝ dicit̄ q̄ fecit sicut dauid: sicut dicitur hic de ezechia.¶Dicendū ergo q̄ hoc dicit̄ ꝓpter pfectam obseruationem legis:qꝛ Dauid obseruauit legem omnino cuꝫ fuerit vir valde deicola:ꝛ tamē isti reges nō obseruabāt oēs cerimonias legis quāq̄ essent aliqualiter boni.sic fuit de ozia qui voluit offerre incensum sicut sacerdos ꝛ in hoc preuaricatus est cerimonias legis.ij.palip.xxvi.ꝛ precipuū ꝓpter qō nō dicit̄ de istis q̄ faciebant sicut dauid erat:qꝛ nullus istoꝝ auferebat altaria q̄ erant extra templū domini sed populus offerebat ibi incensuꝫ ꝛ istud erat contra legē que iubebat q̄ esset vnicum altare ꝛ vnicus locus sacrificioꝝ:leui.xvij.ꝛ deu.xij.patet hoc de oībus regibus bonis : nam asa fuit primus rex bonus inter reges iuda post diuisionē regni qꝛ nunq̄ coluit idola:ꝛ tamē de ipso dicitur q̄ excelsa non abstulit:precedenti.li.c.xv.ioſaphat aut̄ filius eiº nūq̄ coluit idola ſꝫ etiā excelsa nō abstulit.p̄cedenti.li.c.vltimo:ioas aut̄ in principio regni sui valde bonus fuit:ꝛ tamē etiā tunc excelsa non abstulit.s̄.xij. idem dicit̄ de amasia.s̄.xiij.idem de ozia.s̄.xv.idē de ioathā.e.c.ezechias aut̄ nunc excelsa abstulit vt p3 hic:ideo de eo primum dicit̄ q̄ fecit bonū coꝛaꝫ domino sicut dauid pater suus ꝛ de nullo alioꝝ precedentiū.¶Jtē p3 hoc in ioſia qui excelsa abstulit.j.xxij.ꝛ de eo dicit̄ q̄ fecit bonū coram domino sicut dauid pater suus:ergo videt̄ q̄ ꝓpter hoc dicit̄.¶Jtē p3 quia p̄cedēti.li.c.iij.dicit̄ de salomone quādo erat bonus q̄ ambulauit in oībus viis dauid patris sui excepto q̄ in excelsis imolabat ꝛ accendebat thimiama:ergo videt̄ q̄ imitatio pfecta ad dauid erat in illis qui auferebāt excelsa:in alys aut̄ erāt iperfecta imitatio:ꝛ qꝛ inter reges iuda isti duo soli legunt̄ abstulisse excelsa isti duo soli dicuntur fecisse sicut dauid.

Qō 7. A Ezechias an fecit oīo sicut dauid pr̄ suº ꝛ alij reges nō. Ꝓria rño. Cōfutatio.

Rñoaucto ris.

Qō 8. A Ezechias an abstulerit excelsa ꝛ contriuerit statuas. Obycit̄. Ꝓria rño. Cōfutatio. Ꝓrima rō. Scōa rō.

¶Quereꝛ vlterius quomodo dicit̄ hic de ezechia q̄ abstulit excelsa ꝛ contriuit statuas ꝛ succidit lucos.naꝫ videt̄ q̄ non possit stare qꝛ.j.xxij.ꝛ.xxiij.dicitur de ioſia q̄ abstulit excelsa ꝛ etiā q̄ confregit statuas ꝛ fecit efferri lucū de templo dñi.si tñ abstulisset ista ezechias nō potuisset ea auferre ioſias.¶Aliquis dicet q̄ ezechias abstulit partē excelsoꝝ ꝛ confregit ptem statuarū ꝛ succidit ptem lucoꝝ ꝛ residuū destruxit ioſias.¶Sed dicendū q̄ hoc nō stat. ꝓmo qꝛ si sic fecisset ezechias nō fuisset vir perfectus nec diceret̄ de eo q̄ fecit sicut dauid qꝛ dauid nō ꝑmittebat aliq̄ excelsum: iste aut̄ ꝑmitteret multa.potissime qꝛ dicit̄ hic q̄ fecit iuxta oīa que egerat dauid pater suus:ꝛ tñ relinquēdo aliqua excelsa lꝫ ageret sicut dauid tñ nō iuxta oīa que fecerat dauid. Secūdo p3 qꝛ tunc nihil ꝓficiebat auferre quedā excelsa cum manerēt alia in quibus posset populus imolare:ꝛ sic nō differret ezechias ab aliis regibus qui nō abstulerāt excelsa:ꝛ tamē falsuꝫ est qꝛ de ipso dicit̄ q̄ fecit sicut dauid ꝛ de nullo alio dicit̄ q̄ fecit sic de p̄cedētibus. Tertio p3 qꝛ istud erat valde irrationabile:nā auferre excelsa non erat nisi vt seruaret̄ lex oīo ꝛ eēt vnicus locº imolatiōis: ꝛ tñ auferendo quedā ꝛ relinquēdo alia nō fiebat vnus locus immolationis:qꝛ ita poterat totus populus offerre sacrificiū in paucis locis sicut in multis dū tñ aliqua excelsa relinquerent̄.Quarto p3 qꝛ si ezechias reliquisset oīa excelsa que destruxit postea ioſias reliquisset in templo domini statuas ꝛ lucos:nā ioſias fecit efferri lucum de domo dñi ꝛ statuas cōfregit:si tamen reliquisset ibi lucum ꝛ statuas nihil ꝓficiebat destructio aliorū excelsorū cum ibi in templo deberet esse cultus dñi.Quinto patet qꝛ ezechias fecit mundari totā domū domini p leuitas ꝛ sacerdotes ꝛ poni foris omnē imunditiaꝫ idoloꝝ ꝛ reduxit cultum domini qui omissus fuerat ꝛ interdictus exº diebº achaꝫ regis vt p3.ij.palipo.xxix.ꝛ.xxx. ergo non reliquit aliqua excelsa nec lucos nec statuas. Dicēdū igit̄ q̄ ezechias destruxit omnia excelsa ꝛ lucos ꝛ statuas nec reliquit aliquid qō postea deleret ioſias. ꝛ hoc verū est nisi de tēplis que fecerat salomon ꝓ vxoribus suis vt offerrent in eis incensuꝫ.j.xxij.nā de illis dicit̄ q̄ destruxit ea ioſias:ideo nō potuit destruxisse ea ezechias de quibus sequēti questione dicet̄ de omnibus aut̄ aliis generaliter dicendū q̄ ezechias destruxit illa tā lucos q̄ statuas q̄ excelsa:ꝛ cū dicit̄ q̄ ioſias abstulit excelsa:dicendū q̄ ista excelsa fuerūt facta post mortem ezechie quia post eum fuerunt duo reges pessimi.ſ.manasses ꝛ amon qui abundauerunt in idolatria plusq̄ achaꝫ ꝛ illi fecerūt excelsa in hierusalē ꝛ in aliis vrbibus ꝛ fecerunt lucos ꝛ statuas ꝛ omnia ista destruxit postea ioſias.ꝛ sic ezechias destruxit omnē idolatriā que fuerat ante eum sub oībus regibus iuda:ioſias vero solum destruxit idolatriā introductā ꝓ duosreges imediate precedentes eū. ¶Quereꝛ vlterius cū ezechias destruxerit statuas lucos et excelsa q̄re nō abstulit oīa:qꝛ quedā manserūt vsqꝫ ad tēpus ioſie que tñ fuerant facta ante tempus ezechie p3 de statuis quas destruxit ioſias:ꝛ tamē fecerat illas achaꝫ.j.xxij.ſ.cōbusit igni currus solis altaria quoq̄ que erāt sup tecta cēaculi achaꝫ.achaꝫ tñ fuit ante ezechiā qꝛ fuit pater eius.s̄.xvi.de excelsis p3: qꝛ fecit ioſias destrui oīa altaria ꝛ vicos qui erāt in terra samarie ꝛ in bethel que fecerāt reges israel.j.xxij.ꝛ tñ post achaꝫ non fuit aliquis rex israel:qꝛ anno sexto eius trāslatus fuit israel cū vltimo rege suo osee in assirios.j. in ſra ergo videt̄ q̄ altaria que facta fuerant a regibus israel ante ezechiā destructa fuerūt ꝓ ioſiā ꝛ cōsequēter non destruxit illa ezechias.¶Jtē p3 hoc de templis que fecit salomon in monte oliueti ꝓ vxoribus suis ꝛ concubinis:qꝛ illa destructa fuerūt ꝓ ioſiam.j.xij.ꝛ tñ si deleta fuissent ꝓ ezechiā nō potuisset ea delere ioſias.¶Dicendū q̄ ezechias destruxit oīa excelsa que potuit quia ex toto coꝛde volebat sequi dñm obseruādo cerimonias eius qō fieri nō poterat manētibus excelsis:iō si aliquid mansit fuit ex aliqua causa speciali.¶Ad primū cū dicit̄ de curribus solis ꝛ equis dicendū q̄ nō fecit istos achaꝫ sed manasses ꝛ amon qui fuerunt post ezechiā cū dicitur de achaꝫ non referꝛ ad currus solis sed ad altaria : quia dicit̄ altaria quoq̄ que erant super tecta cenaculi achaꝫ que fecerant reges iuda:ꝛ sic nō fecerat illa achaꝫ sed reges alij iuda.ſ.manasses ꝛ amon qui fuerūt post ezechiā. ¶Ad secundum cum dicitur de altaribus que erant in terra samarie.dicendum q̄ ioſias destruxit altaria q̄ fecerant reges israel qui fuerūt ante ezechiā:ꝛ tñ illa non potuit destruere ezechias sed destruxit illa ioſias. ratio diuersitatis est:quia tempoꝛe ezechie quādo ipse destruxit idolatriam in terra iuda adhuc manebāt israelite in terra sua:nam ezechias cepit destruere idolatriaꝫ anno primo regni sui mense primo.ij.palipo.xxix.ꝛ tñ israelite non translati fuerunt vsqꝫ ad annuꝫ sextum ezechie qꝛ ipso anno capta est samaria infra in littera ꝛ manēti-

Tertia rō.

Quarta ratio.

Quita rō.

Rño aucto ris.

Ad primū argumētū.

Ad scōm.

Qō.9. A Ezechias an ꝺstruxerit oēs statuas lucos ꝛ excelsa. Obycit̄ ꝑ. Secūdo.

Tertio.

Rñsio.

bus israelitis in terra non poterat ezechias destruere tẽ pla ⁊ altaria eorũ ipsis inuitis: fecit tñ ezechias qõ potuit orando ⁊ suadendo israelitis vt venirent ad terraz iuda ad seruandum cerimonias legis ⁊ misit cursores per totam terram omnium israelitarũ qui dicerent: filij israel reuertimini ad dñm deũ abrahã ⁊ Ysac ⁊ reuertet ad reliquias que effugerunt manus regis assiriorum.ỹ. palipo.xxx.⁊ tunc aliqui de israelitis voluerunt:alij aũt non. si autez potuisset ipse destruere altaria eorum destruxisset.de iosia aũt nõ fuit sic:quia iam israelite translati fuerant in assirios ⁊ manserant ciuitates eorum habitate a gentibus alys ⁊ forte non erant oẽs vrbes habitate ⁊ in illis que erãt deserte potuit iosias destruere altaria ⁊ tẽpla.vel dato ꝙ essent omnia loca habitata forte non curabãt gentes iste multum de altaribus ⁊ tẽplis que fecerant israelite ⁊ permiserunt illa destrui per iosiam. ¶Ad tertiũ quando dicitur de templis que fecit salomon non potest responderi sicut respondebatur ad duo prima:nam poterat destruere ezechias ista templa cum essent in terra sua apud vrbem hierusalem in monte oliueti:p̃cedenti.li.c.vi.⁊.j.xxiỹ. ¶Dicendum tamẽ ꝙ non destruxit illa ꝓpter multa. Primo propter populum repugnantem.nam ante ezechiam nullus destruxerat altaria que erant in vrbibus ⁊ montibus: cum ergo faceret ipse nunc aliquid nouuz populus molestę ferret: ⁊ si vellet omnia vsqz ad vnguem destruere forte populus repugnaret sibi:voluit ergo potius aliquid agere in cultum dei consentiente populo q̃z inuito illo nihil agere. De iosia autem non fuit sic:qz iam ante euz ezechias destruxerat omnia excelsa:ꝙ ergo ipse vellet ea nũc destruere nõ erat aggredi aliqõ nouum: ideo poterat magna omnia vsqz ad vnguẽ delere ⁊ sic destrueret templa que fecerat salomon. Causa autem propter quam forte populus nolet illa destrui esset propter auctoritatẽ ⁊ honorẽ salomonis conditoris:qz inter omnes reges israel preter dauid ipse plus magnificauit regnũ domus iuda in honore ⁊ diuitys.etiam fieret hoc propter pulcritudinem illorum edificiorum:quia salomon faciebat opera magnifica ⁊ pulchra nimis sicut patet de tẽplo domini ⁊ de tribus domibus suis p̃cedenti.li.c.vi.⁊.vỹ. ¶Secunda causa ⁊ potissima ꝓpter quã motus fuit ezechias ad non destruẽdum templa illa que fecerat salomon fuit quia non preiudicabant cultui diuino:naz ipse ideo destruxit omnia excelsa ⁊ lucos ⁊ statuas quia erant cõtra cultũ dei.ſ.quia israelite offerebãt ibi sacrificia qõ erat contra legem.⁊ tamen in templis illis que fecerat salomon pro vxoribus suis nõ offerebant israelite aliqua sacrificia nec volebãt offerre etiã si nullus eos ꝓhiberet: ideo non erant scandalosa illa templa nec in preiudiciũ cultus dei. Ratio autẽ quare israelite volebãt offerre ibi sacrificia erat:quia illa tẽpla erant facta ꝑ dys quos ipsi non colebant.⁊ pz quia salomon fecit illa pro dys vxorũ suarum que erãt alienigene. vnde in vno templo posuit astarthẽ deam sidoniorum:⁊ in alio melotb idolũ amonitarum:⁊ in alio chamos deum moabitarum : ⁊ sic de alijs dys gentium diuersarũ vt pz p̃cedenti.li.c.xi.⁊.j.xxiỹ.istos autẽ deos alienigenarũ non colebant israelite sed alios deos chananeorũ:iõ ista templa non faciebant aliqõ preiudicium cultui dei ⁊ sic nõ curauit ezechias illa destruere sz postea destruxit ea iosias.j.xxiỹ.

¶Ezechias an peccauerit nõ destruendo tẽpla salomonis.que fecerat pro dys vxoꝝ suarum. Qó.x.

Queretur vlterius an peccauerit ezechias dimittendo templa illa que edificauerat salomon. ¶Aliquis dicet ꝙ sic : quia faciebat contra legem:nam deus iubebat ꝙ nõ essent altaria aliqua ad colendum deum nisi illud qõ erat in templo: leuiter.xvij.⁊ tamen in istis templis erãt altaria ad offerẽ dũ holocausta ⁊ thimiamata ipsis idolis. Secũdo pz qz deus iusserat ꝙ non essent idola in terra sed ꝙ israelite confringerent ea ⁊ cõburerent:deu.vij.⁊ tamen in templis istis erant idola quia infra.xxiij.dicitur ꝙ iosias destruxit ista templa ⁊ confregit statuas et succidit lucos istorum templorum:ergo peccabat ezechias ymittendo istas statuas in terra. Tertio patet quia ista templa erãt nimis scandalosa inter israelitas quantũ ad cultuz diuinuz quia offendebant deũ propter illa vnde vocabatur ille mons in quo erãt ista templa mons offensionis infra xxiij.⁊ hoc erat:quia vel israelite offendebãt dominum colendo idola in monte illo vel propter illa templa in clinabant ad colendum ea.quodcũqz autẽ istorum erat malum ⁊ euitandũ:qz scandalũ proximorum semper est euitandũ potissime quando illud est contra cultum dei sed ezechias poterat hoc facere ideo peccaret non faciẽdo. ¶Respondendum ꝙ non peccauit ezechias dimittendo illa templa. Primo pz quia vt dictũ est precedẽti questione populus non consentiebat ꝙ destruerentur et ezechias non poterat facere contra voluntatem populi oino quãqz de iure deberet facere. Secundo pz ꝙ non peccabat:quia permittere templa in terra peccatum erat in quantũ illa erant contra cultũ dei.ſ.quia tolebãt vnitatem loci cum in eis non fieret sacrificiũ vt declaratum est precedenti questione iõ non erat peccatũ dimittere illa. Confirmatur hoc:quia esse plura altaria in terra non erat peccatum dum tamẽ non essent oia ad sacrificandũ in eis sed vnicum istorũ.sic pz de altari qõ fabricauerũt due tribus ⁊ dimidia apud iordanem ⁊ alie nouem ⁊ dimidia pauerunt se ad pugnã contra illas tempore iosue tãqz contra idolatras ⁊ ille responderunt ꝙ nõ fecerant istud altare ad offerendum sacrificia sz vt esset in signum inter duas tribus ⁊ dimidiam ⁊ nouẽ ⁊ dimidiã ꝙ erãt vnus populus ⁊ pertinebat cultus dei ad omnes simul: ⁊ tunc ymissum est illud altare manere vt pz iosue.xxiỹ. ⁊ sic solum erat peccatũ in cõstitutione altaris si esset ad sacrificia:⁊ non erant ista tẽpla que fecerat salomon nũc ad sacrificia ergo non peccabat ezechias dimittendo illa. ¶Tertio pz ⁊ efficatius:qz in lra dicitur ꝙ fecit ezechias iuxta omnia que fecerat dauid ⁊ in hoc laudat nimis.si tamẽ peccauisset dimittendo ista templa nõ differret ezechias ab alijs regibus de quibus dicitur ꝙ excelsa non abstulerunt:⁊ tamẽ nõ ponit hic aliqua exceptio ſ.ꝙ nõ abstulit templa illa:⁊ tamẽ si peccauisset diceret ꝙ fuit bonus verũtñ non abstulit omnia excelsa: ⁊ tamẽ non ponit aliqua exceptio ergo non peccauit. ¶Quarto pz qz iosias manifestũ est ꝙ non peccauit:qz ipse abstulit omnia excelsa nullũ oino relinquẽdo in terra infra xxiij.⁊ tamẽ ezechias laudat eodẽ modo vt pz ex ℣bis que habent hic ⁊ infra.xxiij.ergo non peccauit ezechias sicut nec iosias. ¶Quinto pz qz ecclesiastici.xlix.dicitur preter dauid ezechiam ⁊ iosiam oẽs reges iuda peccatũ cõmiserunt ⁊ intelligit illud de peccato circa cultuz dei: nam alias nõ diceret de dauid ꝙ nõ cõmisit peccatum ⁊ de alijs regibus iuda qui nunqz coluerũt idola sed solũ reliquerũt excelsa:dicit ꝙ peccauerũt:ergo ezechias nõ peccauit relinquẽdo tẽpla illa salomonis. ¶Sexto patet qz ecclesiastici.xlviij.dicit de regibus iuda relicta est gens pauca ⁊ principes in domo dauid quidã ipsoꝝ fecerunt qõ placet deo:alij aũt multa cõmiserũt peccata: ⁊ incipit ibi dicere de laudibus ezechie:iõ non peccauit ezechias aliquo modo cõtra cultũ dei ꝓpter ista tẽpla. ¶Ad rationẽ in cõtrariũ dicendũ ad primũ cũ dr de altaribus ꝙ ꝓhibita erãt altaria in terra si illa eẽnt ad colendũ idola vel ad faciendũ in eis aliqua sacrificia ⁊ tñ si ad aliquid aliud erant nõ erat peccatũ ꝙ essent altaria in terra:sic pz de altari qõ fecerũt due tribus ⁊ dimidia apud iordanẽ ad significandũ ꝙ ipsi ⁊ nouẽ tribus ⁊ dimidia ptinebãt ad deũ israel ⁊ erant vnus populus:naz illud altare ymissuz est manere in terra vt pz iosue.xxiỹ. ita nunc ista altaria ⁊ tẽpla facta ꝑ salomonẽ nõ erãt ad faciendũ in eis sacrificia:qz nõ fiebãt ibi nunc sacrificia aliqua licet a principio facta fuissent:iõ nõ erat peccatuz ꝙ nunc manerẽt:verũ est tñ ꝙ ista altaria a principio facta fuerũt ad cultũ idoloꝝ:iõ quãqz nunc nõ colerentur ibi idola si potuisset ezechias illa auferre melius fuisset q̃z ꝙ nõ auferret:⁊ tñ forte ꝓpter scandaluz populi non potuit:iõ nõ erat peccatũ dimittere illa pro tunc:postea autem

Ad tertiũ.

B Ezechias nõ ẽstruxit tẽpla salomonis ꝓp multa. Primo.

Qõ.Io. A Primũ ar.

Secũdũ.

Secũdo.

Tertium.

Rñsio. Prima rõ.

Scõa rõ.

Tertia rõ.

Quarta ratio.

Quita rõ.

Sexta rõ.

Ad primá rõnẽ in cõtrarium.

erat certus sed vt magis manifestaretur gloria dei:quia istud signū eēt aliqō miraculū magnū ꝛ p illud laudare tur deus sicut laudaret p sanationē ezechie.¶Itē hoc verisimile est:qr ezechias sciebat pr̄em suum peccasse qr noluit petere signū a dño:ideo ipse volebat petere data opportunitate ne peccaret:p3 hoc isa.vy.nā dixit isaias ad achaz pete tibi signū a dño siue in ꝓfundū inferni siue in excelsum supra:ꝛ dixit achaz:nō petā ꝛ nō tentabo dñm.ꝛ hoc faciebat qr erat malus ꝛ nolebat dare gloriam deo petendo signū ab ipso:ió isaias increpuit ipm tāq̄ peccantē dicens:audite domus dauid nunqd paꝝ vobis est molestos eē hominibus qr molesti estis ꝛ deo meo.q.d.in hoc q noluisti petere signū a dño fuisti molestus ei qr dedisses ei gloriā petēdo signū:ezechias autē volebat oīno dissimilis esse pr̄i suo ꝛ cū ille renuerit petere signū fuit facilis ezechias in petēdo ne videret nolle dare gr̄iam deo. ¶Quer̄ de scō.s.an peccauit ezechias petēdo signū. ¶Rñdendū q nō:qr si peccauisset nō dixisset ei isaias q daret signū nec orare ꝓ illo:ꝛ tñ orauit vt daret signū qō petebat ezechias ergo nō peccauit.scō p3:qr deus dedit signum illud qō petebat ezechias:ꝛ tñ si peccaret in hoc nō dedisset ei deus signū qr deus peccatores nō exaudit:Joā.ix.p3 ēt hoc de phariseis qñ petiuerunt a xp̄o signū dicentes magister volumus a te signū videre q ait illis:generatio mala ꝛ adultera signū querit ꝛ signū non dabit ei.modus āt quo nō peccauerit petendo signū p3:qr aut petiuit illud vt daret gr̄iam deo vel pp dubiū.si prio mō non peccaret sed potius mereret:qr quecūqz fiunt ad laudē dei meritoria sunt.Si aūt petiuit pp dubiū etiā nō peccabat vñ Josephus.x.antiq.excusat ezechiā dicens q ea que vltra rationē sunt ꝛ spe fortiora vident hmōi rebus creduntur eē veracia.hoc aūt intelligendū est vex esse:qr q̄ꝛq̄ ezechias peteret signū non erat pp hoc infidelis circa diuina ꝓmissa:nā si nō credidisset deū posse facere istud vel dubitauisset de hoc ꝛ pp hoc petiuisset signum infidelis esset ꝛ peccaret:ꝛ tñ non peteret pp hoc sed qr nesciret an mittebat isaias a deo vel ipse veniebat p se ad ꝓsolandum eū ꝛ dicebat ista verba cū aūt ostenderet Jsaias signū appareret q missus fuerat a deo.de ista aūt missiōe satis poterat dubitare ezechias nec peccabat dubitādo: nā non obligabat aliquis credere de aliquo q ꝓpha eēt vel q mitteret a deo nisi ꝓbaret ꝛ ista ꝓbatio non poterat fieri nisi p miraculū.ꝛ istū modum dedit deus israelitis ad cognoscendū ꝓphetas an eēnt veri vel falsi.s.si signa ab eis ꝓnunciata euenirēt vel non deu.xiy.ꝛ.xviy. quocūqz ergo mō peteret ezechias istud signū nō peccabat. ¶Quer̄ an deus ꝓdixerat isaie q facturus eēt signū ad liberationē ezechie prius q̄ ipse diceret Ezechie vis vt ascēdat vmbra decē lineis aut vt reuertat̄ totidē gradibus.¶Dicendū vr̄ q anteq̄ isaias loqueret ad ezechiā de isto signo deus dixerit isaie q faceret vnū istox signox qō eligeret ezechias ad ostēsionē sanitatis eius:ꝛ tūc isaias dixit ezechie an vellet q vmbra transiret decē lineas vel retrocederet totidē.ꝛ ꝫ verisimile est qr nō auderet isaias ꝓmittē ezechie aliqō de istis duob magnis signis nisi sciret q deus vellet aliqō illorū agere.¶Sed tūc obiciet:qr dr̄ in lra q inuocauit ezechias dñm ꝛ reduxit vmbrā p lineas qbus iaz descenderat.si tñ sciret isaias añ hoc q deus facturus erat istud signū nō oportebat q oraret ꝓ eo.¶Dicēdū q isaias sciebat q istud signū futurū erat:ꝛ nunc nō orauit ꝓ eo tāq̄ impetraret vt fieret p orationē suā sed orauit vt illico fieret ꝛ appareret p hoc q ad petitionē suā deus faciebat ꝛ non accidebat illud ex aliquo errore motus celi vel ex aliqua alia ſpāli cā.qr forte poterat illud deus agere sed non ꝓ hac cā nec ad petitionē isaie:ꝛ tūc nō ꝓbaret signū istud q ezechias sanandus esset ió debuit ipse clamare ad dñm vt post vocē eius inciperet mox sol retrocedere ꝛ appareret q pp eu3 faciebat deus illud.simile aūt'est qñ Moyses faciebat miracula in egipto coram pharaone:nā deus iubebat ei facere illa ꝛ dicebat ei q̄liter faceret:ꝛ tñ qñ illa faciebat extendebat manus suas ad dominum ꝛ orabat vt sic appareret q eo petente ista fierent vt patet exodi.vy.ꝛ vsqz ad decimū capitulū.dicendum est aūt q postq̄z petiuit ezechias signū deus reuelauit Jsaie q promitteret vnū de istis duobus signis: nam interim vt peteret Ezechias signū pmutaret deus cor isaie illustrando mentē eius ꝛ reuelaret ei q deberet rñdere.sic enim fiebat sepe in Heliseo vt colligit̄ supra.iiy.ꝛ ibi declaratū est. Sic etiā erat in apostolis.nā quādo q̄rebat̄ aliquid ab eis non debebāt p̄cogitare qd rñderent sed tūc qñ q̄rebat̄ deus illustrabat mentē eox dando quid responderent Matth.x.

¶Horologiū achaz in quo transiuit sol quale erat ꝛ de figura sua ꝛ de materia. Qō.xxy.

Queretur vlterius q̄le erat istud horologiū achaz in quo sol trāsiuit decem lineas ꝛ q̄re vocat̄ horologiū achaz.¶Rñdendū q vocatur horologiū Achaz qr ipse illud fieri iusserat ꝛ posuit in domo regis vt p illud cognoscerent hore ad solem.dicunt aūt multi cōiter q factū est istud horologiū de ere altaris holocaustox qō fecerat Salomon erat eneum et magnū ꝛ illud accepit achaz de templo domini ꝛ de laminis eius fecit horologiū.hoc aūt dicūt:qr supra.xvi. dr̄ q achaz fecit auferri altare holocaustorū de loco suo ꝛ iussit q poneret ibi altare deorum damasci quod ipse fabricauerat:ꝛ de alio altari dixit q esset paratum ad voluntatem suam idest ad faciendum de illo quod vellet.ꝛ sic volunt q abstulerit illud de templo ꝛ confregerit ad faciendum horologiū. Sed non est verū:quia altare holocaustorum manſit in templo moriente achaz quod patet:quia Achaz clausit templū domini vt non fierent ibi alique cerimonie ꝛ mansit clausum ipso viuēte.ezechias aūt in principio regni sui mense primo aperuit templuz domini.y.paralipo.xxix.ꝛ tunc iussit sacerdotibus mundare templū ab immundicys idolorum ꝛ sequitur ibidem q dixerint sacerdotes sanctificauimus omnem domū domini ꝛ altare holocausti vasaqz eius cunctāqz tēpli suppelectilē quā poluerat rex Achaz ꝛ ecce exposita sunt omnia coram altari domini: ergo moriente Achaz manebat altare holocaustorum in templo ꝛ non fecit de illo aliquid achaz nisi q abstulit de loco suo ꝛ posuit in loco eius altare deorum damasci.sic enim de ceteris vasis fecerat:nam mare eneum deposuit de bobus quibus sustentabatur et luteres abstulit de basibus ꝛ dispersit omnia per pauimentum supra.xvi.de altari aūt dixit q esset paratum ad voluntatem suā idest q nihil in eo fieret sed esset extra locū suū promptū ad quodcūqz achaz vellet facere de illo:ꝛ tamen non incidit sibi in mentem q faceret de eo aliquid ideo mansit in tēplo.vocat̄ ergo horologiū achaz non q fecerit illud de ere altaris sed qr ipse iussit illud fabricari de aliq̄ alia materia ꝛ poni ad solē in palatio regis. Figura aūt huius horology erat ad modū emisperij facti de ere vel de alia materia ꝛ in centro illius erat qdā stilus surgens in altū qui vocat̄ guomon ꝛ a radice illius exibant linee faciētes equales angulos ꝛ abscindentes equales arcbus de circunferentia illius emisperij erantqz duodecim linee quarum quelibet designabat vnam horam sicut est in astrolabio ꝛ per illas cognoscebatur quot hore diei essent scilicet quādo vmbra guomonis pueniebat ad lineam aliquā designabat esse illū numerū horarū.ꝛ ibi si sol transiret decē lineas essent decē hore ꝛ si retrocederet decē lineis esset retrocessio decem horarum.

Qō.22. A rñsio.

Figura horologij achaz.

¶Quare deus fecit solem retrocedere p decem lineas siue decem horas. Qō.xxiy.

Queretur q̄re deus fecit nūc q sol retrocederet decē lineis.¶Hebrei qdā dicūt q deus fecit hoc ad ꝓparādū sanctitatē ezechie ꝛ malitiā achaz pr̄is sui.dicunt.n.q ꝓpter malitiā Achaz dies in quo ipse mortuus est diminutus fuit ab alys diebus in decē horis:ió nūc cū liberandus erat ezechias a morte propter sanctitatē suā dies creuit decē horis ꝛ ad hoc retrocessit per decez lineas:et sic volunt q quelibet linea faceret mediam horam et fuerit retrocessio quinqz

Qō.23 A rñio hebr.

Qō.20. A Ezechias an peccauerit petendo signum. rñsio.

Joseph.

Qō.21. A Jsaie an deus ꝓdixerit q facturus esset signū ꝓ liberatiōe ezechie. rñsio. Obiectio.

rñsio.

Cōfutatio. horarum ꝛ reuersio totidē. ¶Sed dicendū ꝙ istud non stat: qꝛ diminui diē decē horis erat tm̄ miraculū sicut crescere decē horis ꝛ istud est de maximis miraculis ꝛ famosissimis: sicut igit deus nūc ostēdit istud miraculū ad gloriam nois sui de augmento diei ꝛ scriptura illud expꝛessit ita si fuisset miraculū factū in diminutiōe diei mozientе achaz scriptura illud expꝛessisset ꝛ tm̄ nihil expꝛessit: ideo non est verisimile. ¶Dicendū ergo ꝙ deus voluit in retrocessione solis ostendere miraculū ꝛ nō differebat an retrocederet sol modicum vel multū: quia quātū ad ptātē miraculi equale erat ꝙ sol retrocederet p vnā horam vel per decē: fuit tm̄ cā in gñali ꝙ retrocessio debuit esse magna ad hoc ꝙ notabiliter appareret ꝛ ab oibus ꝓsiderarē. ná si fuisset ista retrocessio per modicā horaz vel per modicū tp̄s multe gentes essent que non respicerent ad istā retrocessionē ꝛ non appareret eis miraculū factū esse ꝛ sic maneret in occulto tam excellens miraculum: debuit ergo esse retrocessio magna vt sic nulla gēs esset que non aspiceret istud miraculū ꝛ stupescerēt de isto opere insolito. alia causa fuit: qꝛ tunc qñ facta est ista retrocessio declinauerat sol ad occasum ꝛ erat iam hora decima diei ꝛ supererant due hore ad complemētū diei: voluit aūt deus ꝙ rediret sol vsqz ad orientē ꝛ nō mergeretur sub oꝛizonte orientalē sed iterū rediret ab oriēte in occidentem: ꝛ quia non poterat redire vsqz ad oriētez quin retrocederet p decē horas voluit deus ꝙ retrocederet per decē horas. ¶Alia causa fuit qꝛ deus voluit ꝙ omnes gentes viderent istā solis retrocessionem ꝛ sic cognoscerēt miraculū: ꝛ tm̄ nō poterāt oēs gentes videre istam retrocessionem nisi sol retrocederet p magnū spacium. Ad cuius euidentiam considerandū ꝙ sol circuit totum celū de puncto ad punctū in viginti q̄tuoꝛ horis ꝛ paruo plus ꝛ redit de puncto oꝛizontis ad eundē punctum: ꝛ sic in tota terra que est ab oriente in occidentē a principio habitationis vsqz ad finem cum sit medietas totius spere opz ꝙ moꝛet sol duodeciz horis: ꝛ sic citius erit sol in oꝛizonte habitantiū in oriente q̄z in oꝛizōte habitantiū in extremo occidentis per duodecim horas et hoc ꝓpter longitudinē ciuitatū inter se. Sic enim ponit ptholomeus in libro quē vocauit algeraphiam vbi agit de ciuitatibus totius terre ꝛ ponit longitudinē oriētis ab occidente esse duodecim horaꝛ. si ergo retrocessisset nūc sol p duas horas solū cū esset iuxta occasuz vt p̄supponit nō posset redire eleuādo se tm̄ versus meridianum vt illi q erāt in oriente extremo possent videre illū retrocedere: cū aūt retrocederet p decem horas vsqz ad oꝛizontē orientalē necesse erat ꝙ rediret ad oꝛizontē eorum qui erant in extremo orientis: ꝛ sic cū aliquibus illoꝝ eēt iam nox surgeret sol p oꝛizontē occidentalem ꝛ esset dies ꝛ rursus rediret ad eundē oꝛizontez nec eleuaret vsqz ad meridianū terre ipsius. fuit ergo cōueniens ꝙ retrocederet sol saltem decem horis: ꝛ sic nulla gens esset in seculo que nō cognosceret istā retrocessionē solis ꝛ istud erat valde conueniens.

¶Hec retrocessio quō facta est. Qō.xxiiij.

Qō 24. A Rño cōis. **Queretur** vlterius de mō quo factū est miraculū istud retrocessiōis. ¶Rñdendū ꝙ cōis assignatio est ꝙ sol ptrāsierit in illa die fere vsqz ad occasum in regiōe iudee qꝛ trāsiuerāt decem horе diei ꝛ supererāt due: ꝛ ex tunc cepit sol retrocedere versus oriētē ꝛ redyt spacio decē horaꝝ vsqz ad oriꝛontē orientalē ꝛ nō intrauit sub oꝛizontē ne videret eē nox: ꝛ cū illuc puenisset redyt itez ab oriente in occidētem p eandē lineā in alijs duodecim horis: ꝛ tunc fuit in loco illo a quo ꝓius ceperat retrocedere ꝛ deinde pambulauit p duas horas q̄ superāt ꝛ tūc fuit in oꝛizonte occidentali. ꝛ ꝑm hoc viginti horе fuerūt qbus sol motus est ꝑter cursum naturalē eundo ꝛ redeundo ꝛ duodeciz horе fuerūt eiusdē diei. s. decē anteq̄z inciperet retrocedere ꝛ due postq̄z redyt ad locū de quo ceperat retrocedere: ꝛ sic sunt simul triginta due horе in eadē die artificiali. istud aūt est ponēdo ꝙ q̄libet illaꝝ lineaꝝ designabat vnā horā. Sed tunc vꝛ difficultas. s. quō dixit Isaias ezechie vis vt ascendat vmbra decē lineis aut reuertat totidē gradibus: ná ꝑsuppositō hoc non posset stare s. qꝛ si sol retrocedere inciperet duabus horis ante occasum poterat videre ezechias quō retrocedebat: ꝛ tamē si descenderet decē gradibus nō posset videre ezechias quō descendebat nisi per duos gradus siue horas qꝛ tot supererant vsqz ad occasum solis: ꝛ ideo intraret sol sub oꝛizontē ꝛ non videret ezechias quō transibat nec sciret an trāsibat decē lineis vel viginti. Scōo non stat: qꝛ lra dicit ꝙ debebat descendere vmbra decē lineis vel retrocedere totidē: ꝛ sic siue retrocederet siue descēderet apariturum erat in vmbra horologij: ꝛ tm̄ postq̄z est sol sub oꝛizonte nulla vmbra est in horologio: ergo non poterat descendere vmbra decē lineis in horologio si eēt iaz decima hora diei ꝛ quelibet linea designaret vnam horaz. Tertio pz: qꝛ non solū non poterat hoc esse existente sole duabus horis ante occasum sicut ponitur sed etiā in q̄cunq̄z alia parte celi esset. nam si esset in parte orientali duabus horis post oꝛtū solis poterat descendere decem lineis in horologio. s. si ab illo loco transiret subito vsqz ad oꝛizontem occidentalem: quia istud erat spacium decem horarum: ꝛ tamen non posset retrocedere tunc nisi duabus horis: quia tanto erat eleuatus ab oriente. ergo non poterat stare istud in aliqua regione nisi haberet illa longitudinem diei ad minus viginti horarum ꝛ eēt sol in medio celi in circulo meridiano equidistans vtriq̄z oꝛizonti: terra tamen iudee in qua istud factū est nunquā habet tantam magnitudinem diei: quia ꝓ maioꝛi parte est in tertio climate et non peruenit ibi maximus dies ad quatuoꝛdecim horas ꝛ dimidiam: ideo non stat ista positio. Dicenduz aūt videt ꝙ iste lince vel gradus erant medie horе vel quarte ꝛ tunc tm̄ sol retrocederet decē lineis quinq̄z horarū spacio retrocedebat ꝛ in alio spacio equali redibat. vnde dies iste esset maioꝛ solito decem horis. ꝛ tunc poterat fieri hoc modo ꝙ isaias loqueret ezechie in meridie vel quasi: ꝛ cum esset tunc sol in medio celi poterat retrocedere spacio quinq̄z horarū ad oriētē vel transire subito ꝑa occidentē spaciū aliarum quinq̄z horaꝝ ꝛ nullo hoꝛ modoꝝ introiret sub oriꝛontē orientalē vel occidētalē: ꝛ sic appareret vmbra in horologio semp retrocedere vel subito ꝑeire: ió iste modus tenendus est quāq̄z alius modus sit cōmunioꝛ et sit ipsius dionisy in epistola ad policarpum.

¶Quō potuit assignari ꝙ vmbra decē lineis in horologio retrocederet vel ascenderet. Qō.xxv.

Qō.25. A Rñsio. **Queretur** vlterius quō pōt assignari ꝙ vmbra descenderet decem lineis in horologio vel retrocederet totidē. ¶Rñdendum ꝙ assignatio retrocessionis sicut facta est facilis est: qꝛ cū esset sol in aliqua ꝑte celi tendens versus occidentē poterat retrocedere in eodē gradu velocitatis versus orientē ꝛ sic appareret omnibus quō retrocedebat: de descensione autem non apparet facile assignari. nam hystoria scholastica dicit ꝙ sol non debebat descendere sed stare immobilis vel retrocedere. statio aūt solis satis apparet quomodo fiat sicut fcā est tpe Josue vt pz Josue. x. ꝛ ob hoc dicit ꝙ noluit ezechias ꝙ sol staret sed ꝙ retrocederet: quia iam steterat tpe Josue ꝛ volebat nunc miraculum nouum. etiam quia si staret alicubi poset a scribi cause naturali. ¶Sed hoc non stat. Primo qꝛ dicit ꝙ Isaias dedit electionem ezechie an sol staret vel retrocederet: ꝛ tm̄ littera dicit ꝙ dedit ei electionē an descenderet vmbra decē lineis vel reuerteretur totidē vt pz hic ꝛ Isaie xxxviij. Scōo pz: qꝛ dr̄ hic ꝙ sol retrocederet decem lineis vel descenderet totidem. si aūt vellemus dicere ꝙ sol deberet stare nō diceret de decē lineis: qꝛ quādiu staret semp eēt vmbra in eadē linea: ꝛ tm̄ equaliter ponit ꝑ de decē lineis in vtroq̄z casu: ergo in vtroq̄z casu ptransibant decē linee ꝛ tm̄ non ptransitur aliquid nisi eundo vel redeundo ergo oporteret ꝙ in vtroq̄z casu moueret sol. s. eundo vel redeundo. ¶Tertio pz: quia ezechias dixit facile est descendere vmbra decem lineis ideo nollo ꝙ hoc fiat. si tm̄ acciperet descēsio vmbre ꝓ statiōe non esset facile

Nota.

Dubitatio prima.

Secūda.

Tertia.

Rñsio alia auctoris. Prima cā.

Scōa cā.

Rñsio auctoris.

Decē linee nō poterāt esse decem horе.

Rñsio. Hysto. scholasti.

Cōfutatio.

Secūdo.

Tertio.

esset facile hoc:qꝛ stetisse solē tēpore iosue de magnis et famosissimis miraculis reputaꝝ. ¶Quarto non stat:qꝛ dicit noluit ezechias ꝙ sol staret:qꝛ istud poterat ascribi cause naturali si alicubi staret.ꝛ tñ hoc nō videꝫ vex:qꝛ nō est aliqua causa naturalis que possit facere stare solē vel aliqua corpora celestia nisi forte vellet dicere ꝙ aliq simplices poterāt hoc opinari.ſ.ꝙ in aliquibus locis eēt virtus que faceret stare corpora celestia sicut magnes attrahit ferrū ꝛ facit illud pendere in aere:sed istud inopinabile est:qꝛ nō est aliquis locus ꝑ quē nunc transeat sol super quē alias nō transiuerit:imo sup quē non transeat quolibet anno:ió sepe ꝓtingeret teneri solē. Uel si dicas ꝙ aliqd nāle est vno tpe qđ nō ē alio:ió vno tpe poterit teneri q̄z q̄z nō teneat alio. S3 istō nō ē ꝟisimile:qꝛ i tot millibus annorū aliꝭ contigisset illud esse ꝛ sol teneret ꝛ tamē nulla gentiū asserit solē aliquādo stetisse: ideo non erat verisimile ꝙ aliquis tale opinaret. ¶Dicēdū ergo necessario ꝙ hic data est electio de retrocessione vel de p̄cessione que vocaꝫ hic descensio vmbre ꝛ vtroqz mō appareret in horologio. fieret aūt p̄cessio isto modo ꝙ si sol esset eleuatus ab orizonte orientali per duas horas ꝛ transiuisset vsqz ad quartā lineā in horologio ꝙ subito ꝑtransiret decē lineas.ſ. vsqz ad quartā decimaz.ꝛ istud poterat dupliciter fieri. vno modo ꝙ transiret sol ꝑ oēs istas lineas medias.ſ.ꝙ pertrāsiret per continuū in celo ꝛ sic vmbra transiret per continuū in horologio:ꝛ sic q̄si in ictu oculi transiret vmbra per decē lineas. ¶Alio modo potest intelligi ꝙ deus faceret ꝙ sol transiret ab orientē versus occidentem per spaciū quinqz horarū quasi subito:ꝛ si nunc apparebat vmbra in quarta linea in tempore illo medio nō videret sol quousqz esset in linea q̄rta decima ꝛ nō transiret vmbra per lineas medias:ꝛ tūc ꝑprie diceret ascendere vmbra qꝛ transibat a quarto in quartū decimū sine medio:ꝛ tamen vtroqz modo est miraculū:qꝛ non poterat fieri scōm cursum regulārē celi. ¶Quid apparuit in alijs regionibus de ista retrocessione in diuersitate diei ꝛ noctis.ꝓter consuetudinē naturalis cursus solis. Qō.xxvi.

Quarto.

Euasio.

Cōfutatio.

Rño auctoris.

Queretur vlterius qd apparuit in alijs regionibus de diuersitate diei vel noctis ꝑpter istā retrocessionē solis. ¶Respondendū ꝙ nō possumus certissime assignare quid acciderit in alijs partibus terre nisi sciremus que ꝑs anni erat quādo facta est ista retrocessio ꝛ quot hore diei erant q̄n facta est. de primo p3:qꝛ quodā tēpore anni sunt dies valde pui ꝛ alio tēpore valde magni:ꝛ secūdū diuersitatē istoꝝ dieꝝ poterat retrocessio solis facere diuersaz apparentiā diei ꝛ noctis in alijs regionibus.necesse est tñ dici ꝙ illo tempore quo facta est retrocessio erat dies plusq̄z decē horarū:qꝛ alias non posset dari electio ezechie ꝙ vmbra retrocederet ꝑ decē lineas aut ascenderet per totidē cum due linee faciāt vnā horā:ꝛ dato ꝙ esset sol in circulo meridiano q̄n daret ei ista electio nō posset fieri nisi distaret ab oriente saltē ꝑ arcum quinqz horarum ꝛ ab occidēte totidē horis ꝛ sic essent saltē decē hore. ¶Credēdū est tamē ꝙ eēnt dies magni in ꝟe vel estate cū sunt tredeciz vel quatuordecim hore. ¶Secūdū etiā patet: qꝛ si nesciremus q̄ hora diei hoc accidisset nō iudicaremus qd ꝓueniret in singulis regionibus.nā si esset sol magis ꝓpinquꝰ orienti q̄z occidenti fieret maior apparētia huiꝰ retrocessionis in regionibus orientalibus q̄z in occidētalibus ꝛ ecōtrario. ¶Dicēdū tñ ꝓbabiliter ꝙ sol erat circa meridianū circulū siue a parte orientis siue a ꝑte occidētis:qꝛ retrocessio fuit ꝑ horas quinqz.ſ.ꝑ decē lineas et ascēsio vmbre debebat esse ꝑ totidē lineas ꝛ nō poterat hoc esse nisi esset sol ꝓpinquius meridiano:qꝛ alias retrocedēdo mergeret sub orizontē orientalē ꝛ ascendēte vmbra mergeret sub orizontē occidentalē ꝛ tunc nō appareret ascēsio vel retrogradatio vmbre i horologio. ¶Hoc autē ꝑsuppositō dicēdū est ꝙ in regionibus orientalibus que distarēt a hierusalē ꝑ longitudinē sex horaꝝ q̄ faciūt de longitudine celi nonaginta gradus appareret diuersitas ista.ſ.ꝙ q̄n sol esse in mteridiano hierusalē esset in orizonte occidētali illaꝫ regionū vt p3 intuenti duos circulos equales intersecātes se sup spherā ad angulos rectos spherales.ꝛ tūc cū inciperet retrocessio solis incipere eleuari sol ab orizonte occidētali versus meridianuz ꝛ eleuareꝫ ꝑ qnqz horas nec accederet ad meridianū:ꝛ sic videret ille gentes totā retrocessionē solis.si aūt eēnt alique gētes orientales quaꝫ meridianus distaret a meridiano hierusalē ꝑ octo horas.ſ.ꝑ centuz viginti gradus esset iaz illis nox ꝑ duas horas anteq̄z inciperet fieri ista retrocessio ꝛ retrocederet sol ꝑ duas horas anteq̄z videret ab eis:ꝛ tunc veniret ad orizontē occidentalē ipsorū ꝛ eleuareꝫ ꝑ tres horas sup terrā versus meridianum ꝛ rursus mergeret.terra autē illa que distaret ꝑ duodeciz horas a hierusalē que est medietas celi ꝛ habitabilis nō est:nō videret aliquid de ista retrogradatiōe cū sol solū retrocederet per quinqz horas:ꝛ ad hoc ꝙ videretur ibi saltē modicū super orizontem occidentalē oportebat ꝙ retrocederet aliquid vltra sex horas. In regionibus aūt occidentalibus.si aliqua distaret ꝑ sex horas dicendū ꝙ ibi non appareret manifeste ista retrogradatio:qꝛ quando esset sol in meridiano hierusalē esset ibi in puncto orizontis orientalis:ió cū tunc dēret incipere dies mergereꝫ sol sub orizontē ꝛ non esset dies vsqz ad decem horas q̄bus finireꝫ retrocessio ꝛ reuersio solis. ¶In regionibus autē occidentalibus que distant a hierusalē per tres horas integras sicut est toletū vel salamantica que distat ꝑ tres horas ꝛ fere septimā esset alia diuersitas.ſ.qꝛ quando esset sol in meridiano hierusalē esset hora tertia diei ꝛ inciperet retrocedere sol ꝛ appareret ꝙ tres horas retrocedens quousqz mergereꝫ sub orizontē ꝛ tunc retrocederet ꝑ alias duas horas ꝛ rediret ꝙ totidez ꝛ in istis quatuor horis esset nox.ꝛ sic esset vna dies triū horaruz ꝛ nox sequens quatuor horarū ꝛ dies sequēs duodecim vel plurium iuxta cursuz naturalē ꝓsuetū. Habitis istis possumus de qualibet alia terra ꝓsiderare quid ibi acciderit de diuersitate diei ꝛ noctis scita longitudine meridiani terre illius a meridiano hierusalem per habitudinem circulorum qui sunt orizontes diuersarum terrarum se intersecantes.

Mota.

tpe passionis xp̄i ꝛ ō statiōe solis tpe iosue.

Qō.26. A Rñsio.

Not.ꝙ idē poteris dicere de eclipsi solis

¶An iste dies fuerit maior q̄z dies in quo stetit sol tempore iosue. Qō.xxvij.

Queretur vlteriꝰ de magnitudine diei illiꝰ in quo sol retrocessit.ſ. an fuerit maior q̄z dies in quo stetit sol tempore iosue. ¶Rñdendū ꝙ dionisius in epistola ad policarpū vult ꝙ dies iste fuerit maior q̄z dies Josue:quia dies iste fuit quasi triplicatus ꝛ dies sub Josue fuit duplicatus.nam vult ꝙ iste dies habuerit triginta duas horas scilicet duodeciz horas cursus sui naturalis ꝛ viginti horas retrocedendo ꝛ redeūdo:nam dicitur hic ꝙ retrocessit per decē lineas ꝛ quelibet iudicaꝫ vna hora:ꝛ sic fuerūt decē eundo ꝛ decē reꝺeundo.ſ3 ista positio q̄z q̄z sit viri clarissimi tñ nō videꝫ ꝓbabilis ꝛ est ꝓpria lr̄a:nā ipse ponit retrocessisse solē ꝑ decē horas:necesse est tñ retrocessionē istaz fuisse totā apparētē sup terrā cū vmbra retrocederet in horologio qđ nō fieret sole existēte sub orizōte: ꝛ tñ dicitur in lr̄a ꝙ ezechias eligeret an vellet ꝙ sol retrocederet decē lineis vel ascēderet totidē in horologio. ꝛ sic eo tēpore quo ezechias elegit retrocessionē potuerat eligere ascēsionē:ꝛ tñ vtraqz apparere debebat in horologio vt lr̄a dicit. Istud tñ est impossibile:qꝛ tūc necesse eēt ꝙ in quocūqz loco celi esset sol distaret ab orizōte orientali saltē decē horis ꝛ ab orizōte occidentali totidē:ꝛ sic haberet dies illa naturaliꝛ viginti horas qđ impossibile est accidere in tertio climate vel principio q̄rti vbi est hierusalē:qꝛ ad plus dies potest habere horas q̄tuordecim et ita ꝓcedit dionisius ꝙ dies ille naturaliꝛ eēt horaꝝ duodeciz s3 retrocessio nō poterat esse ad plus decē horarū in eundo ꝛ redeūdo:ió scōm positionē dionisij essent hore viginti due in die illa:ꝛ tñ ipse ꝓcedit fuisse viginti q̄tuor horas in die iosue ió maior eēt. ¶Nicolaus autē ꝛ alij ponūt ꝙ esset maior dies sub iosue:ꝛ ad positionem dionisii dicūt ꝙ iste decē linee nō faciebāt decē horas s3

Qō.27. A Rñsio Dionisij.

De hoc latius dix̄ iosue.x.c.

Cōfutatio.

Opi. Nic.

qnqz:ꝛsic dies ille solū cresceret horis decē ꝛ nō viginti vt vult dionisius ꝛ sic esset dies viginti duaꝝ horaꝝ. Dicit tñ nicolaus q dies sub iosue fuit horarū triginta sex qz ille dies fuit duplicatus:ꝛ tñ ille dies naturaliter erat decē ꝛ octo horarū cū esset in solsticio estiuali ꝛ sic dupli
Cōfutatio. cat⁹ haberet horas triginta sex. Sꝫ hoc nō stat cū ꝑsup ponat nicolaus dīē aliquē posse esse in terra chanaā hora-
Alia rñsio. rū decē ꝛ octo:qz dies maxim⁹ potest ptingere solū ad horas q̄tuordecim iō dies sub iosue ad plus poterat esse horaꝝ viginti octo. CAly aūt dicūt q ille linee q̄ erant
in horologio ꝓtinebāt singulas horas ꝛ durauit sol retro
Cōfutatio. cedēdo decē horis:ꝛ tñ redyt ad priorē locū in istāti ꝛ sic fuit dies augmētatus sup cursuꝫ nālē decē horis. Sꝫ ista positio nō stat ꝑpter supra dicta.ſ.qz nō posset tunc eze chias eligere q vmbra descēderet vel retrocederet i horologio:qz si posset retrocedere decē horis versus orien tē nō posset ire versus occidētē nisi p duas horas aut pa
Rñsio auctoris verissima. rū plus qn occideret:ꝛ tñ retrocessio vel ascensio vmbre apparere debebat in horologio:ergo nō poterat decē horis retrocedere ꝛ ille decē linee nō significabāt decē horas sꝫ qnqz. CDōm ergo q dies sub iosue fuit q̄si duplicatus: dies aūt sub ezechia habuit decē horas supꝑ cursum solitū:ꝛ tñ nō apparet ex hoc qs fuit maior dies.si n.ambo dies fuissent in eodē tēpore equinoctij vel solsti cij dicemus q maior esset dies sub iosue:vt pote tēpore iosue si esset solsticiū estiuale esset dies q̄tuordeciꝫ horarū ꝛc cū duplicarē esset viginti octo.si aūt dies sub ezechia fuisset tunc esset viginti q̄tuor horaꝝ.ſ.q̄tuordecim horarū scōm cursum nālē ꝛ decē horaꝝ insup augmēta taꝝ.si aūt ambo essent tēpore equinoctij esset dies duodecim horarū ꝛ cū duplarē esset viginti q̄tuor ꝛ sic eēt sub iosue.ꝛ dies sub ezechia esse viginti duaꝝ horarū.ſ. duodecim nāliū ꝛ decē augmētataꝝ.sic ēt si eēt dies hiemis:nā poterat tūc eē equalis dies sub iosue ꝛ sub eze chia vt pote si esset in tpe illo in q̄ dies sunt decē horaꝝ: nā tūc dies sub iosue esset viginti horaꝝ qz eēt duplatus ꝛ dies sub ezechia eēt totidē.ſ.decē horaꝝ nāliū ꝛ decez horarū augmētatarū in retrocessione.si tñ dicam⁹ q fuerūt in diuersis tēporibus poterit esse dies sub iosue maior q̄z dies sub ezechia ꝛ econtrario. Be primo p3: qz si eēt dies sub iosue in solsticio estiuali esset viginti octo horarū:ꝛ si eēt dies ezechie in hieme poterat eē viginti horaꝝ vt dictū est. Be scōo p3:qz si eēt dies iosue in hieme
B Dies sub iosue fuit maior. qñ sunt dies decē horaꝝ esset viginti horaꝝ ꝛ dies ezechie si eēt i solsticio estiuali eēt viginti q̄tuor horaꝝ.ſ.q̄tuordeciꝫ nāliū ꝛ decē augmētataꝝ ꝛ excederet i q̄tuor horis.iō poterāt esse isti dies equales vel poterat qlibet eoꝝ esse maior alio. Bōm tñ q dies sub iosue fuit maior qō p3:in duobus. Primo qz iosue.x.dī q non fuit ante nec post tā lōga dies:ergo dies ezechie nō fuit tā longa.
Primā rō. Scōa rō. Scōo p3:qz dies sub iosue fuit ꝑpe solsticium estiuale ꝛ sic esset viginti octo horarū vel q̄si:ꝛ tñ dies sub ezechia dato q esset in solsticio nō poterat esse maior q̄z viginti quatuor horaꝝ.ſ.q̄tuordecim nāliū ꝛ decē augmētataꝝ ergo maior fuit sub iosue.q aūt illa fuerit nō longe a solsticio estiuali declaratum est iosue.x.

CAn esset facile vt dixit Ezechias vmbram descendere. Qō.xxviy.

Qō.28. A

Queretur vlterius quō dixit hic ezechias q facile erat vmbrā descendere decē lineis iō nolebat q descēderet sꝫ q retrocederet.nā si facile erat nō erat aliqō miraculū:nō erat tñ verisimile q ꝓponeret Isaias ezechie aliqd qō nō esset miraculū in signū sanitatis sibi ꝓferēde. CRñdendū q nō erat facile vmbrā descēdere decē lineis sꝫ miraculū magnū: ꝛ tñ diuersitas est qz nō intellexit ezechias descensionez vmbre sicut accepit Isaias. Intellexit.n.ezechias retrocessionē ꝑprie.descensionē aūt vmbre putauit q sol descenderet ℞sus occasum ꝛ sic descenderet vmbra per lineas:ꝛ qz q̄tidie fiebat istud q sol inclinarē ad occidētē dixit ezechias facile esse descēdere vmbrā. Isaias aūt aliter intellexit.ſ.q vmbra descenderet.i.trāsiret sol ℞sus occidentē subito p arcū quinqz horarū q̄ faciūt decem lineas vmbre:ꝛ hoc sine videret in trāsitu illo siue nō.ꝛ istud erat miraculū magnum sicut retrocessio: iō posuit Isaias electionē de retrocessiōe vel descēsiōe vmbre.nō intellexit autē ezechias qz facile erat putare quō retrocederet sol sꝫ difficile erat intelligere istā descensionē ad hoc q esset miraculū nisi declarē:iō putauit eaꝫ nō esse miraculū. CQuerē vlterius q̄re potius deus dedit istud miraculū nūc in signum sanitatis ezechie q̄z aliud. CRñdēdū q sufficiebat q deus ostēderet qōcūqz signū qō esset ℞e miraculū. voluit tñ ostēdere pot⁹ in celo q̄z in alia re ad ostēdendū magnitudinē glorie sue: qz si fieret miraculū in terra vel in aq̄ aut in alia re nō eēt manifestū p totū orbē sꝫ solū in hierusalē vbi fieret.miraculū aūt qō fieret in celo esset notū in oi terra qz oēs gētes viderēt solē retrocedere:ꝛ sic appareret magis ptās dei q̄z alias.ꝛ ꝑpter hoc deus voluit hoc ostendē potius in sole q̄z in luna vel alijs planetis aut stellis fixis:qz non est aliqō astrū ita notū sicut sol faciēs diē ꝛ nocte ꝑ motum suū:iō quā q̄z retrocederet luna vel alia astra non ꝓficeret tantū qz vel fieret p diē aut p noctē.si p diē nō appareret illa retrocessio cū tūc nō videant astra.si aūt fieret p noctē multi nō ꝓsiderarēt ꝛ sic nō esset miraculū notū: deus tñ faciebat ad notificandū iō debuit facere in sole. sciendū aūt q a multis diebus deus volebat facē istud miraculū ad ostēdendū gloriā suā. Iō tēpore achaz voluit illud ostēdere:nā Isaias solicitauit achaz vt peteret istud signū dicēs pete tibi signū a dño deo tuo siue in infernū deorsum siue in excelsum supꝑ Isa.vy.signū tamē qō fieri deberet in excelso eēt in retrocessiōe solis vel statione aut descensione vmbre.

CAd eēt maior miraculū solē stare aut ꝛtrocedē. Qō.xxx

Qō 30. A

Queretur vlterius qō erat maius miraculū solē stare aut retrocedere aut ꝑcedere descendente subito vmbra in horologio. CRñ dēdū q miraculū potest accipi tripliciter quātū ad pñs. vno modo q scōm cursum nature insolitū est.alio modo ꝑ eo q p nullā potētiā fieri potest nisi p diuinā. Alio modo ꝑ eo q fieri potest a minori potētia q̄z diuina ꝛ tñ cū magna difficultate. Primo mō dōm qō quodlibet istorū erat miraculū:nā stare solē erat insolitū ꝛ contra cursum nature iō erat miraculū:retrocedere ēt insolitū erat ꝛ miraculū. descendere ēt vmbrā subito insolitū erat et tñ statio solis erat minus miraculosa qz semel illa fuerat ſ.tpe iosue ꝛ tñ retrocessio nunq̄z fuerat nec trāsitus subitaneus solis. CScōo modo accipiendo nullū istorum erat miraculū:qz poterāt fieri a potentia minori potētia diuina.nā statio solis fieret p hoc q angeli mouentes celos cessarēt.retrocessio aūt fieret si angeli mouētes mouerēt in ptē cōtrariā.descensio aūt subitanea solis fieret si angeli mouentes mouerēt velocius q̄z prius ꝛ ad nullū istorū requirebat potētia infinita:qz infinita potentia moueret in instanti qō esset ꝛ nām motus. CTertio modo accipiendo aliq̄ istorū sunt maiora alijs.nā statio solis nullū miraculū est:qz nulla potētia requiritur ad hoc q sol aut qōlibet celū stet sꝫ solū q motores desinant mouere.cessare tñ a motu nō est actus sꝫ priuatio: iō nō est virtus aliq̄ necessaria ad cessandū motū celi. vnde lꝫ motū celi dicamus esse nālē:tñ mirabili⁹ est q celū moueat q̄z q stet:qz celū mouet ꝑ potentiā impulsiuā angelorum mouentiū:ꝛ tñ ad hoc q nō moueat solū requirit q illi desinat mouere. apparuit tñ tēpore iosue statio solis esse miraculū eo q fuit ꝓtra solitū cursum nature ꝛ nō poterat fieri sine speciali mādato dei ad angelos mouētes.retrocessio aūt solis nō est aliqd admirandū nisi in quātū est insolita qz nō requirit maior virtus ad hoc q sol retrocedat q̄z ad ꝟ q moueat ab oriēte in occidentē.nā celū cū sit forme spherice eq̄liter mobile est ℞sus quācūqz ptē.nā potest eē motus ab oriēte in occidentē vel ab occidēte in orientē vel a meridie in septētrionē vel a septentrioē in meridiē.ꝛ eadē potētia q̄ potest mouere celū ab oriēte in occidētē posset mouere a septētrioē in meridiē: qō p3:qz nō est celū maioris difficultatis in motu ab vna ptē q̄z ab alia ꝑpter simplicitatē figure spherice ꝛ vniformitatem

formitatē nature.ſ.qz nō eſt vna ps corporis celeſtis gra uior vel leuior q̄z alia.nec valet obiectio de polis.ſ.q̄ nō poſſet moueri a ſeptētriōe in meridiē qz ſunt ibi poli im mobiles.nā poli nō ſunt aliq̄ ptes celi repugnātes mo tui.ſz ſunt duo pūcta ſignata in extremitate vnius linee ꝛ dicunt eſſe i meridie ꝛ ſeptētriōe:qz motus eſt ab oriē te in occidentē.ſi tñ eſſet motus a ſeptētriōe in meridiez eſſent poli in oriēte ꝛ occidēte.nō eſt ergo maior difficul tas moueri ſolē ab occidēte in orientē qō eſt retrocedere quā ab oriēte in occidentē qō eſt directe ꝓcedere.imo ſi attēdam⁹ directe maioris ptātis eſt moueri ſolē ab oriē te in occidentē q̄z ab occidēte in oriētē:qz ad hoc q̄ mo ueāt ab oriēte in occidentē requirunt duo motus.ſ.vn⁹ motus nālis ſolis q̄ fit ab occidente in orientez ab vno angelo mouente corpus ſolis cū ſuo excentrico defferen te.ꝛ alius mot⁹ primi mobilis q̄ rapiat celū ſolis cū aliis celis ab oriente in occidentez. ¶Ad hoc aūt q̄ moueāt ab occidente in orientez ſolū requirit primus mot⁹ iſto rū ꝛ ceſſabit motus primi mobilis. Ideo retroceſſio nō eſt mirabilis niſi in q̄ntū eſt inſolita:ꝛ tñ quocūq̄ mō ſe habeat mirabilior eſt quā ſtatio qz ſtatio non reqrit aliquā virtutē operātē ſz ceſſationē a motu:retroceſſio aūt requirit aliquā virtutē motiuā.trāſitus aūt ſubitaneus ſolis ab oriēte ad occidētē ſiue deſcēſio vmbre requirit valde magnā potentiā qz oportebat q̄ motus ille fieret q̄ſi imperceptibiliter:ꝛ tñ ſicut ꝓbat ariſtoteles.xij.me thaphiſice angeli motores orbiū ſunt ꝓportionati orbi bus ꝛ mouēt eos in q̄nta velocitate pñt ita q̄ ſi aliqs il lox angelox deberet mouere aliud celū maioris magni tudinis nō poſſet mouere illud in tāta velocitate in q̄n ta nūc mouet:ꝛ ſi deberet mouē aliud celū minoris ma gnitudinis moueret illud velocius q̄z nūc mouet: ꝛ per būc modū ꝓſeruat vniformitas in motibus corpox cele ſtiū.q̄ ergo ſol ptrāſiret q̄ſi in ictu oculi id qō ptranſire debebat in q̄nq̄ horis requirebat potentiā motiuā pluſ q̄z millecuplo maiorē:ꝛ ſic deſcenſio vmbre eſſet valde difficilis ꝛ miraculoſa pluſq̄z ſtatio vel retroceſſio: ꝛ tñ ezechias nō intellexit modū iō dixit facile eſſe hoc ꝛ pe tiuit retroceſſionem tanq̄z difficiliorem.

¶Quis modus erat in motibus celeſtib⁹ ad hoc vt poſ ſit fieri trāſitus ſubitaneus ſolis. Qō.xxxi.

Qō.31. A Rñſio.

Queretur vlterius qs modus erat ad faciē dū iſta.ſ.retroceſſionē vel trāſi tū ſubitaneū ſolis. ¶Dōm q̄ nō eēt idē mod⁹ ꝑ vtroq̄ ꝛ tñ qdqd iſtox fieret nō eſſet a deo mouēte ſz ab angelis q̄ nūc mouent orbes.ſi.n.q̄ramus qūo fieret trāſitus ſubitaneus ſolis ad occidentē:dōm q̄ poterat fieri dupli citer.vno mō ꝑ motū primi mobilis ſolius.alio mō ꝑ mo tū ſolius excētrici ſolis. ſ Primo mō deberem⁹ dicere q̄ ſicut ſol nūc mouet nāliter ab occidēte in orientē a q̄daz angelo mouente illū cū excētrico ſuo:ꝛ tñ rapit ab oriē te ad occidentē motu primi mobilis:ita tūc moueret ab occidēte in orientē:ꝛ tñ raperet a primo mobili ab orien te ad occidentē.Cōſiderādum tñ q̄ ꝓportio velocitatis motus nālis ſolis ad motū ſuū raptus eſt nūc q̄ſi trecen tecupla ſexagecupla:qz q̄tidie mouet ſol ab occidēte in orientē fere vno gradu motu nāli ꝛ interim rapit a primo mobili ab oriēte vſq̄z ad oriētē itex vna rotatiōe pfecta q̄ eſt trecentox ſexaginta graduū.tūc tñ ſi moueret ſol ꝑ arcū q̄nq̄z horax q̄ſi in ictu oculi ☉ ſus occidentē oportе ret q̄ ꝓportio illius velocitatis ad iſtā eſſet pluſq̄z mile cupla:ꝛ tñ nūc eſt trecētecupla ſexagecupla:iō tunc eſſet ꝓportio velocitatis motus raptus ad motū nālē q̄ſi in numerabilis:iō neceſſe erat q̄ ad minus angelus mouēs primū mobile eſſet tūc maioris virtutis q̄z nūc ſaltē mil lecuplo:ꝛ ad ꝟ neceſſe erat q̄ ponerent mille angeli vel plures ſimul cū iſto q̄ nūc mouet primū mobile ad mo uendū illud in tāta velocitate vt ſic poſſet rapere ſolem.

Primo modus poſſibi lis.

Scōs mo dus.

¶Scōs modus eſt q̄ ponam⁹ motū primi mobilis ceſ ſaſſe tūc ꝛ q̄ ille angelus q̄ nūc mouet ſolē cū ſuo excen trico ab occidēte in orientē moueret illū tūc ab oriente i occidentē.ꝛ nō eſt incōueniēs q̄ idē angel⁹ moueret idē corpus celeſte diuerſis tēporibus ad diuerſas poſitiōes qz nō repugnat hoc ex nā celi cū ſit figure ſpherice ꝛ ad quācūq̄z ptē poteſt moueri.nec repugnat ex pte motoris qz angelus eſt ens intellectuale ꝛ nō eſt determinat⁹ ad vnū ſicut potentie nāles irrōnales q̄ ſunt ad vnū:ſz po teſt velle oppoſita ꝛ ꝙnter poterit operari ad illa.ꝛ tunc ille angelus moueret ſolē ab oriēte verſus occidētē.ꝛ tñ manet adhuc difficultas.ſ.quō poſſet q̄ſi ſubito mouere ſolē ꝑ arcū q̄nq̄z horax.ad hoc poteſt dici dupliciter.vno mō q̄ ille angelus haberet virtutē ad mouendū tā velociter ꝛ tñ nūc nō mouet niſi ꝑ vnū gradū in vna die eo q̄ im pedit maxime motu primi mobilis rapiētis in ꝓriū q̄ eſt velociſſimus motus:ꝛ tñ tūc ceſſaret motus primi mobi lis ꝛ nō impediret motus angeli mouētis ſolez ꝛ poſſet mouere in magna velocitate. Scōs modus eſt q̄ moue retur celū iſtud ſimul a multis angelis vt ſi moueretur a mille angelis quia tunc moueretur in velocitate mil lecuplo maiori ꝛ iſte modus eſt probabilior:quia nō eſt omnino veriſile q̄ vnus angelus qui prius mouebat ſo lē in pua velocitate cū impediebat dato q̄ nūc nō impe diret moueret in velocitate pluſq̄z millecuplo maiori.

¶Qualiter facta eſt retrogradatio ꝛ quis fuit modus in motibus celi. Qō.xxxij.

Scōs modus.

Queretur de ſcōo cū nūc facta fuerit retro gradatio q̄liter fctā eſt. ¶Rñdē dū q̄ poterat fieri dupliciter ſicut dicebat de motu ſubi taneo p̄cedēti qōne.vno mō pōt dici q̄ fctā ē ꝑ motū pri mi mobilis.alio mō q̄ fctā eſt ſolū motu angeli mouētis celū ſolis nālr.prio mō dōm q̄ mouebat tūc p̄mū mobi le ſicut ꝑius ꝛ tñ ꝓrio motu: naz ꝑius mouebat ab oriēte i occidētē tūc aūt moueret ab occidēte in oriētē:ꝛ ꝟ qz an gelus q̄ mouebat primū mobile ita poterat mouē ab oc cidente in orientē ſicut ab oriēte in occidentē ꝓp vniſor mez figurā celi ꝛ tñ tūc opz dici q̄ moueret oēs celi me dij ab occidente in orientez.nā virtus rapiēdi ſecū alios celos q̄ deriuat a primo mobili nō poteſt deriuari niſi ꝑ ꝓtinuū:ſi ergo alij celi q̄ ſunt ꝓpinquiores primo mobi li q̄z celū ſolis nō raperent ab ipſo ab occidente ꝙ orien tez nō poſſet rapi celū ſolis cū nō poſſet deriuari virtus ſine medio ꝛ eſſet tunc ſimilis motus oīum celox ꝙ oriē tem ſicut nūc eſt ꝙ occidentez:ꝛ ſic motus nālis ꝛ mot⁹ raptus eſſent idem numero.ꝛ tūc neceſſe erat q̄ primū mobile nō ſolū moueret ab illo angelo a q̄ nūc mouet ſz etiā a multis alijs ſimul ad hoc q̄ poſſent mouere celuz illud in tanta velocitate. ¶Scōo mō poteſt dici q̄ ange lus mouens celū ſolis moueret illud motu nāli ab occi dente in orientez ꝛ nō raperet a primo mobili.ꝛ tūc ne ceſſe eſt q̄ angelus mouens ſolez nō eſſet vnicus ſz mul ti ſimul q̄ poſſent mouere in tāta velocitate.ꝛ tūc poteſt dici q̄ ſimul cū celo ſolis mouerent alij celi planetarum ꝛ ſtellax fixax ꝙ orientez vel q̄ nō mouerent ſz mane rēt oēs celi imobiles ꝑter celū ſolis qō moueret ab occi dēte in oriētē. ⁊mus aūt modus iſtox duox melior eſt.ſ. q̄ oēs celi moueret ꝙ oriētē ſic̄ declarabit ſequēti q̄ſtiōe.

¶An ſol potuit concordare in motibus ſuis cū alijs pla netis ſcōm aſtrologos.ꝛ an retrocedente ſole omnes alij celi retroceſſerint. Qō.xxxiij.

Qō.32. A Rñſio.

Primo modus poſſibi lis.

Notandu3 de eris fa moſis.

Queretur vlterius qūo potuit ſol ꝓcorda re in motibus ſuis cū alijs pla netis ſcōm tabulas diuerſax eraz.ꝛ videt q̄ ſit impoſſi bile qz in illa retroceſſione ſol debuit neceſſario deuiare a motu alioz planetaz. ¶ſ Pro q̄ ꝓſiderandū q̄ ſingule re de famoſis in aſtrologia habēt tabulas ſuas pro me dijs motibus planetaz incipiēdo a p̄ncipio illius ere et tō in q̄buſlibet eris ponunt radices motuū planetaz vt pz i tabulis regis alfonſi ꝛ in q̄buſlibet alijs. ¶Ante eze chiā aūt nō p̄ceſſerat niſi vna era de famoſis.ſ.era diluuij cuius radix ponit in tabulis regis alfonſi: ꝛ cōputan do ſcōm illā erā deberet reperiri error in motu ſolis cō parādo ad motū alioz planetaz:qz in ſole fuit retroceſ ſio ꝛ in alijs nō:ꝛ tñ nō reperit:qz cōputando a p̄ncipio ere diluuij ꝑ radicē ſuā ꝓcordabit motus planetaz cum era xp̄i ita vt ſi inquiram⁹ mediū motū ſolis ꝛ alioz pla netaz pro hodie ſcōm tabulas ere diluuij ꝛ tabulas ere

xpi reperiret idē locꝰ planetaꝝ: z tñ nō deberet reperiri idē: qz sol retrocessit die ezechie z post illū diē nō habuit talē habitudinē ad alios planetas qualē prius habebat.

Rūfio. ¶Rñdendū q debet dici oēs celos tūc motos fuisse ab occidente in orientē sicut motus est sol: z tñ de prio mobili nō est necesse hoc dici. pz istud: qz in pmo mobili nō est aliqua stella p quā cognoscamus ipsum z sciamꝰ que ps oriꝝ z que ps occidit iō siue mutet siue nō nō apparet in eo aliqua diuersitas. Videt ergo magis dicēdū q nō

B Primū celū quieuit aliꝫs motis. motū fuerit tunc cōtra occidentē sicut moueri solet nec cōtra orientē sꝫ q querit: qz motus eius est ad rapiendū oēs alios celos ab oriente versus occidentē ꝓtra motū suū naturalē: z tñ nunc nō mouebant ab oriēte in occidentē sꝫ potius ab oriēte in occidentē ergo nō erat necessarius motus eiꝰ vel si aliquo modo mouebaꝫ mouereꝫ ab occidente in orientē sicut mouebant alij celi.

Primū in cōueniens. Ad aūt mouerent alij sic: pz: qz alias totus ordo celestis ꝓturbareꝫ: nā si in illis decē horis qbus retrocessit mouebāꝫ alia astra ab oriēte ꝓtra occidentē: illa que essent in ꝓiūctione cū sole essent in sequēti nocte q̄si in oppositiōe cū ipso ex eo q distarēt ab ipso quasi p mediū celi: nā ista retrocessio durauit decē horis z in horis duodecim oritur media pars celi. s. duodecim signa eo q in viginti q̄tuor horis oriꝝ totū celū vna rotatione pfecta. z sic si in nocte ꝓterita fuerat ꝓiunctio lune esset in sequēti nocte q̄si plenilunīū cū distaret luna a sole q̄si p diametꝝ celi. z si ꝑcedēti nocte fuerat plenilunīū ipsa nocte intraret luna sub radios solis z efficereꝫ nouilunīū z ista erat deordinatio

Scōm. celi. Eodē mō si mars saturnꝰ z iupiter essent tūc in cōiunctiōe cū sole z eēnt in superiori ꝑte sui epicicli sequēti nocte essent in oppositiōe vel q̄si z tñ essent in superiori ꝑte epicicli z istud est ꝓ oēm positionē astrologicam z positionē necessariā: qz q̄cūqz isti tres planete sunt i cōiūctione cū sole sunt in auge suoꝝ epicicloꝝ z cuz sunt in

Tertium. oppositione sunt in opposito augis epicicloꝝ. ¶Itez sequereꝫ tertiū incōueniēs. s. q medius motus veneris z mercurij differrēt a motu solis medio. z tñ scōm positionē necessariā ptolomei in almagesti z oiuz astrologoruz medius motus solis veneris z mercury sunt semp idez. q aūt essent tūc diuersi pz: qz mouerent planete illi cum zodiaco z solus sol retrocederet z toto illo tēpore quo retrocederet redirēt illi planete a sole z sic differrēt medij motus ipsoꝝ z ꝓnter nō possent postea redire ad idē qa

Quartū. isti tres medij motus sunt equales: iō si aliqñ distāt per aliquātū spaciū in eternū sic distabūt. ¶Quartū inconueniēs est: qz tūc sequereꝫ q si sol nūc esset in aliq̄ signo anteq̄z inciperet retrocedere q finita retrocessiōe eēt in alio signo multū distanti vt si retrocessio duraret sex horis esset distātia solis a priori loco p sex signa z qz fuit duratio p quinqz horas esset sol in quinto signo a loco priori: vt pote si qñ cepit retrocedē eēt in ariete finita retrocessiōe eēt i ℵgine: z sic trāsiret sol illa quinqz signa i quinqz horis q̄ alꝰ trāsitur erat in quinqz mēsibꝰ z hoc est incōueniēs.

Quintum. Quintū incōueniēs est: qz subito fieret de ℵe autumnꝰ vt pote si esset sol tūc in ariete esset ꝓncipiū veris z finita retrocessione esset in virgine z sic eēt finis estatis et

Sextum. ꝓncipiū autumni. Sextū incōueniēs est: qz sol necessario exiret ecliptica z ꝓnter nūq̄z rediret ad illaz. pz hoc: qz si in ꝓncipio retrocessiōis sol esset in ariete in fine retrocessiōis esset in quinto signo ab ipso: z tñ duo pūcta zodiaci distātia p quinqz signa impossibile est distare equaliter ab equinoctiali sꝫ pmuz z septimū declināt equaliter vel duo pūcta equidistātia a capitibus solsticioꝝ ideo si nūc esset sol in ꝓncipio arietis esset in equinoctiali z post quinqz horas finita retrocessiōe esset in ꝓncipio virginis z tñ ꝓncipiū virginis distat plusq̄z vndecim gradibus ab equinoctiali ergo cū sol ante retrogradationē eēt sub ecliptica finita retrogradatiōe nō eēt sub illa. z tūc nūq̄z posset redire ad ecliptica sꝫ iterſecaret semp ecliptica faciēdo caput z caudā draconis: sicut ceteri planete z oīa ista sunt absurda z multa alia q̄ sequerentur: iō non potest

Primꝰ modus. dici q dū retrocedebat sol mouebant reliq celi cū stellis suis ℵsus occidentē. Nūc aūt manet duplex modꝰ. s. q celi oēs starēt dū sol retrocedebat p quinqz horas z dū redibat p alias quinqz z tūc nō sequebant incōueniētia supra assignata: qz lꝫ eo tēpore quo fiebat retrocessio sol distaret ab aliꝫ planetis z esset quedā deordinatio: tñ finita retrogradatiōe z reuersione sol rediꝫt ad habitudinē quā ꝓius tenebat cū aliꝫ planetis: z sic nō fuit postea aliqs error in habitudine eoꝝ. z tñ adhuc manet inconueniēs. s. qz tūc sol ptransiuit aliqd de zodiaco motu nāli z nihil ptrāsiuerūt aliꝫ planete iō esset differētia z error in motu solis q̄stū pōt sol moueri p decē horas in zodiaco. Bi

Secūdus. cendum ergo alio modo scilicet q omnes celi moti sunt ab occidente in orientem cū ipso sole in velocitate equali cum ipso z tunc manſit semper eadem habitudo z nihil magis potuit moueri sol in zodiaco quam ceteri planete ꝓportionaliter. z isto mō factū est qñ deus fecit stare solē tēpore iosue: nā nō solū sol stetit sꝫ ēt cetera astra: luna nāq̄z stetit vt pz iosue. x. cū dixit iosue sol ℘ gabaō ne mouearis z luna ℘ vallē ayalon steteruntq̄z sol z luna: z tñ statio lune nō erat necessaria sꝫ stetit ipsa qz ēt stabant cetera astra vt declaratū est ibidē. ¶Quereꝫ vlterius quō potest sine errore esse tabula solis ꝓsiderādo p radicē diluuij. nā accipiēdo oēs annos z dies a diluuio vsq̄z huc sicut ꝓtineꝫ in tabulis z dādo vnicuiq̄z suū medium motū deberet esse error. s. p quātitatē decē horaꝝ qz istis decē horis fuit sol retrocedēdo z fuit dies maior quā eē debebat z tñ nos computamus oēs dies equales: ergo deberet esse medius motus solis p illā tabulā minor decē horis q̄s est p alias tabulas cū p tabulas diluuij nō superaddāt ille decē hore ad annos z mēses z dies. ¶Rñdendū q si moueret sol ℘ orientē z oēs aliꝫ celi ꝓtra occidentē sequereꝫ nō solū istud incōueniēs sꝫ ēt multa alia que posita sunt precedēti questiōe z tñ ibi ꝓbatuz est q nō mouebant tunc celi cōtra occidentē. Si aūt dicamus q oēs aliꝫ celi manebāt imobiles q̄libet sol rediꝫt ad pūctū de quo inceperat retrocedere sequeꝫ etiā incōueniēs. s. q saltē quinqz horē qbꝰ sol rediꝫt postq̄z desiꝫt retrocedere superabūdet ad motū qui reperiꝫ in tabulis. nā motꝰ quē faciebat sol dū ibat ab occidēte in orientē p quinqz horas nō faciebat diuersitatē eo q tūc ñ mouebaꝫ simul motu nāli z motu raptus sꝫ postea in reuersione mouebaꝫ simul motu naturali z raptus iō in illis sex horis adderet sup motū suū quē ꝑius habebat in zodiaco. ¶Bicendū q nō secutū fuit aliqd incōueniens qz oēs celi retrocesserūt cū sole z redierūt cū eo iō in eodē puncto zodiaci in quo tunc erat sol fuit postea z nō fuit aliquis error. z nō solū ꝓpter illud paucū tēpus nō fuit secutꝰ error sꝫ ēt si multociens fuisset facta retrocessio solis z duraret dies triginta horis vel plus nō esset error: nā toto illo tēpore nō mutarēt planete loca sua in comparatiōe sui ipsoꝝ adinuicē z in cōparatiōe eoꝝ ad zodiacū: sicut ergo stante sole, tēpore iosue stetit totū celū z nō fuit secutū aliqd incōueniēs: ita sub ezechia retrocedente sole retrocesserūt oēs celi z nō potuit eē error in cōputatiōe astrologoꝝ nec etiā in variatione temporis.

Qō. 34. A Tabula solis qūo pōt esse sine errore ꝓsiderando p radicem diluuij. Rūfio.

† ¶In tēpore) hic ponit scōm ꝓncipale huius. c. s. ex sanitate ꝑtita ezechie insurgēs elatio z diuidit in duo: qz primo ponit ezechie elatio. scōo elatiōis eiꝰ ab Isaia increpatio ibi (venit aūt Isaias.) Circa primū dicit (in tēpore illo misit merodach baladā filius baladā). s. in tempore in quo egrotauit ezechias z in quo facta est retrocessio solis sanato illo. z vocabaꝫ merodach iste rex babilonis: baladā vero erat ꝓnomē suū vel cognomē z vocabaꝫ filius baladā vt denotet originē sua (rex babilonioꝝ) terra babilonis erat sub potestate assiriorū z tamē nunc rex babilonis recessit a rege assirioꝝ. hoc patet: quia salmanasar rex firie qui transtulit decem tribus de samaria transtulit de babilone gentem magnā ad habitandū in samaria. ℟. xvij. z tamē hoc nō potuisset nisi babilonij essent ei subiecti. q aūt nunc recesserint babilonij a rege assiriorum dicit iosephus. x. antiqui. z infra declarabitur (lras z munera ad ezechiā). s. misit ei lras in qbus significabat sibi intentionē suam z misit munera ad aliciendū eū sed Isa. xxxix. dicit misit rex babilonis libros

z munera

